Biblioteka Jagiellońska
stdr0017142
Zt 3094a/4

ms. Diez A Fol. 69.

FRANCISCI A MESGNIEN

MENINSKI

LEXICI

ARABICO-

PERSICO-TVRCICI

SECVNDIS CVRIS RECOGNITI

ET

AVCTI.

TOMUS QVARTVS.

Ex
Biblioth. Regia
Berolinensi.

vHs 1338155



ک kief. Vigeſima ſecunda alphabeti arabico - perſico - turcici litera, pronuntiatur ut k lene cum incluſo quaſi i, ita, ut cum ſequente alia vocali unam ſyllabam efficiat. Recenſetur apud grammaticos tam inter literas لهويّة lehwījet, i. e. uvales, quam inter شجريّة śegrījet, i. e. palatinas, ratione etiam officii inter ſerviles, quoniam conſignificationi inſervit. Commutatur nonnunquam tum apud Arabes, tum Perſas & Turcas cum literis ق غ ط خ ج ت & ه uti: اتمك etmek, & اكمك ekmek. زمخت zümucht, & زمخك zümuchk. اخشيج æchśīg, & اخشيك æchśīk. خمان chæmān, & كمان kemān. طلسة tulſet, & كلسة külſet. بوغم bughum, & بوكم buküm. دعقة dæ*kæt, & دعكة dæ*ket. انجق ingyk, & انجك ingik. رمه reme, & رمك remek. Permutari denique tum apud Perſas tum Turcas interdum ſolet cum گ gief alio, tribus nempe punctis ſuperne inſignito, quæ tamen ſæpiſſime ommittuntur, uti: كردانيدن kerdānīden, & گردانيدن gerdānīden. &c.

ک kief. extra dictionem. 1) eſt nota arithmetica, quæ juxta formulam أبجد هوز ebged hewwez &c. valet 20. 2) apud veterum Arabum ſcriptores attribuitur elemento aquæ, & quidem inter qualitates frigido - humidas. Kirch. 3) in ſcriptis Arabum eſt abbreviatio pro كذا kezā, ſignificans Hoc, ſic, hoc modo. &c.

گ gief. cum tribus punctis ſuperne poſitis, quod كاف عجمي kiāfi ægemī, i. e. kief perſicum compellatur, eſt litera pure perſica, & pronuntiatur, ut g durum ſimul cum i prolatum, ſonumque habet conformem vocali, quæ illi ſuperſcribitur. Permutatur nonnunquam cum literis ج چ & غ uti: جزر gezer, & گزر gezer. جلنار ǵiülnār, & گلنار gülnār. ريغ rygh, & ريگ rig. &c. Notandum etiam, apud Turcas euphoniæ & facilioris pronuntiationis cauſſa tam in declinatione nominum, quam in conjugatione & inflexione verborum ک kief arabicum in hanc literam communiter tranſmutari. V. Gram.

ڭ ſæghyr nun. quaſi n ſurdum, tribus ut plurimum punctis notatum, attamen non raro iis carens, eſt litera Turcis ſolummodo in uſu, proferturque ut n finale gallicum in mon, ſon, meus, ſuus. Permutatur ſubinde cum litera ن uti: درين derin & دريڭ derin-. &c. Inſervit etiam exprimendo affixo ſecundæ perſonæ numeri ſingularis in nominibus, in vocalem deſinentibus, uti: باباڭ baban-. Pater tuus. &c. V. Gram.

ك' ek. p. Additum ſub finem nominibus perſicis, in conſonantem deſinentibus, inſervit formationi nominis diminutivi, uti: مادرك māderek. Matercula, a مادر māder. mater. V. Gram.

ک *ke fethatum.* a. 1) *eſt particula inſeparabilis comparativa, quæ verbo, aut nomini præfixa ſignificat* ſicut, inſtar, *regitque caſum gerre, ſeu genitivum, nec admittit affixa, uti:* کرجل *keregiülin.* Sicut vir, inſtar viri. 2) *poſtpoſitum nominibus, verbis, & particulis eſt pronomen affixum ſecundæ perſonæ, ita tamen, ut, cum nomini affigitur, ſit pronomen poſſeſſivum.* Tuus, tua, tuum, *uti:* عمتك *æmetüke.* Amita tua; *cum verbis autem refert ut plurimum caſum patientem, non raro tamen dativum, maxime cum accuſativus alius ſequitur, &* *ſignificat* Te, tibi, *uti* ضربك *zærebeke.* Verberavit te. يكفيكهم *jekfikehüm.* Sufficere fecit tibi illos. 3) *pronomini demonſtrativo propinqui additum, format ex eo demonſtrativum remoti, uti: ex* ذا *zā.* Hic, iſte, *fit* ذاك *zāke.* Ille. &c. *V. Gram.*

ك *ün-.* t. *eſt* 1) *characteriſtica genitivi caſus apud turcas in nominibus, in conſonantem deſinentibus, uti:* ارلرك *erlerün-.* Viorum 2) *apud eosdem turcas affixum poſſeſſivum ſecundæ perſonæ numeri ſingularis apud nomina, in conſonantem exeuntia, uti:* اوك *ewün-.* Domus tua. *V. Gram.*

كأ *kee, &* كاء *kāe.* a. *part.* Imbecillis, timidus & puſillanimis *vir. Wan.*

كآبة *keābet.* a. *V. act.* [F. 4.] Malo ſtatu, mœſtoque animo eſſe. *Wan.*

كاب *kāb.* p. *n. f.* 1) Bos iracenſis. 2) Jactantia vana. *Ferh.*

كابآء *keebāe.* a. *part. fæm. a* كئيب *keīb.* Mœſta, triſtis *fœmina. Wan.*

گاپاره *gāpāre.* p. *n. f.* 1) Spelunca. 2) Armentum boum. *Ferh.*

كأبة *keebet.* a. *V. act.* [F. 4.] Malo ſtatu, mœſtoque animo eſſe, mœſtitia & dolore languere. *Gol.*

كابتره *kābtere.* p. *n. f.* Inania verba, ſermo inutilis. *Caſt.*

كابر *kābir.* a. *part.* Magnus gloria & nobilitate. *Grande.* ¶ توارثوا المجد كابرا عن كابر *tewārisül-megde kābiren æn kābirin.* Hæreditariam inter ſeſe obtinuere gloriam continuata ſucceſſione. *Gol.*

كابرلك *kābirlik.* t. *n. f.* 1) Magnitudo. *Grandezza. Bern.* 2) Potentia, divitum *vel* magnatum ſtatus. *Grandezza, ricchezza, potenza.*

كابس *kābis.* a. *part.* 1) Prominens. 2) Solus, diviſus ab aliis. *Gol.*

كابسة *kābiset.* a. *part. fœm. præc.* Prominens. *Gol.*

كابك *kābük.* p. *n. f.* 1) Nidus avium, *pec.* columbarum. 2) Panniculi, *ſeu* fruſta linea, *quibus invicem colligatis, & perticæ appenſis fornax purgatur, ubi panis pinſitur. Ferh.*

كابل *kābil.* a. *part.* Brevis. *Gol.*

كابل *kābül.* p. *n. propr.* 1) Regio Aſiæ, alias quoque كابلستان *kābüliſtān* dicta, *quæ a nonnullis Indiæ, ab aliis regno Zabeliſtan & Ghur adnumeratur, & veterum Parapamiſo reſpondere videtur.* 2) Nom urbis & metropolis præfatæ regionis. *Il. de Jeniſch Hiſt. pr. r. P.* ¶ كابل صغرى *kābüli ſughrā.* Nom. arçis & pagi, haud procul a præfata urbe in Zabeliſtania. نهركابل *nehri kābül.* Nom. fluvii in Zabeliſtania, *qui &* هزاره *hezāre nuncupatur. Gih.*

كابلي *kābilī.* p. *n. f.* Species myrobalani. *Chebuli, ſpecie di mirabolani. Ferh.*

كابليج *kābilīg.* p. *n. f.* 1) Digitus auricularis, minimus *etiam* pedis. 2) Nidus quarumvis avium. 3) *pec.* Corbis in mediis ædibus ſuſpenſa, *in qua aves ova deponunt. Ferh.*

كابين *kābin.* p. *n. f.* Dos, ſponſalitia dona. *Ferh.*

كابنه *kābene.* p. *n. f.* Oculus. *Ferh.*

كابوس *kābūs.* a. *n. f. pl.* كوابيس *kewābīs.* 1) Incubus nocturnus, ephialtes. *Wan.* 2) Modus certus coeundi. *Gol.*

كابوك *kābūk.* p. *n. f.* 1) Panniculi, *ſeu* fruſta linea, *quibus invicem colligatis, & perticæ appenſis fornax purgatur, ubi panis pinſitur.* 2) Nidus avium, *pec.* columbarum. *Ferh.* 3) Gallinæ locus, ad pariendа ova illi deſtinatus. *Hæl.*

كابول *kābūl.* a. *n. f.* Rete venatoris. *Gol.*

كابي *kābī.* a. *part.* 1) Concidens pronus. 2) Magnus. ¶ كابي الرماد *kābijür-remād.* Prodigus, liberalis in conviviis. *Wan.*

كابيدن *kābiden.* p. *V.* 1) Fodere. 2) Sculpere. *Ferh.*

كابيل *kābīl.* p. *n. f.* Mortarium, in quo ſimplicia contunduntur. *Ferh.*

كابيله *kābīle.* p. *n. f. i. q. præc. Ferh.*

كابين *kābīn.* p. *n. f. vul. kebin, & kübin.* 1) Matrimonium *ſeu potius* confirmatio ejus, quæ a judice fit. *Ik.* 2) Sponſalitia promiſſa, quibus ſolutis ducta repudiari poſſit. *Matrimonio alla turcheſca, dote, o contradote, che biſogna pagare, ſe ſi repudia la moglie, o concubina. Ferh.*

¶ عهد كابين ازدواج *æhti kābīnī izdiwāg.* Pactum *ſeu* promiſſio dotis matrimonialis, *ſeu* donorum ſponſalitiorum. *Ik.*

كابينلك *kabīnlik.* t. *n. f.* Donatio, *aut* quod donatur pro nuptiis & matrimonio.

كابيني *kābīnī.* p. *n. f. i. q. præc.* ¶ كابيني زن كردن *kābīnīī zen kerden.* Fœminæ aſſignare, *ſeu* polliceri donationem propter nuptias, eamque ſibi matrimonio jungere. *Caſt.*

كات *kāt.* p. 1) *n. propr. i. q.* كاث *kās.* Nom. civitatis in Charezmia ad ripam fluminis جيحون *gejhūn, quæ olim regni metropolis erat. Gih.* 2) *n. f.* Nom. medicamenti, *ſeu* ſimplicis, *quod vulneribus proficuum.* 3) Species oriſæ in regione Schuſter, *quæ ſemel ſeminata per ſeptem annos fruges ferre dicitur. Ferh.*

كاتان *kātān.* p. *n. propr.* Nom. urbis, *quæ juxta aliquos in vicinia prædictæ urbis Kat ſita. Ferh.*

كاتب *kātib.* a. *part. pl. ſan. &* كتّاب *küttāb, ac* كتبة *ketebet.* 1) Scriba, notarius, a literis. 2) Doctus, ſapiens. *Scriuano, notaro, ſecretario. Wan.* ¶ سر كاتبي *ſirr kātibi, &* كاتب سر *kātibi ſirr, etiam* كاتب السر *kātibüſſirr.* A ſecretis, ſecretarius. *Secretario.* كل كاتب جاهل *küllü katibin giāhilün.* Omnis ſcriba eſt ignarus, *i. e.* qui caligraphia utuntur, *ſeu* eleganter literas pingunt, raro docti ſunt. كاتب ازلي *kātibī ezeli.* Æviternus ſcriptor, *i. e.* Deus, omnia ſciens, qui ab æterno omnia *q.* ſcripta habet, notatve, quæ fiunt, facta ſunt, *aut* futura ſunt. *Ik.* كاتب الحروف *kātibül.-hurūf.* Scriptor harum literarum. *Lo ſcrittore della preſente, il ſecretario di queſta lettera. Ll.* * *Expreſſ. fig.* كاتب جان *katibi giān.* Scriba animæ, *h. e.* خداوند تعالى جل ذكره *chudawendī tæālā gelle zikrühü.* Deus glorioſus, excelſus. *Ferh.*

كاترو *kātrū.* p. *n. propr.* Nom. pagi in regione Kiſchmir. *Gih.*

كاتف *kātif.* a. *part.* Abhorrens. *Gol.*

كاتم *kātim.* a. *part.* 1) Celatum arcanum. *Gol.* 2) Celans, abſcondens.

كاتو *kāto.* t. *ex ſclav. vel boſnenſi idiomate pro* كاتب *kātib.* 1) Scriba. 2) Doctus. *Scriuano.*

كاتوار *kātüwār.* p. *adj.* Perculſus, attonitus. *Ferh.*

كاتوره *kātüwere.* p. *adj. i. q. præc. Ferh.*

كاتوره *kātüre.* p. *n. f.* Cephalalgia. *Hæl.*

كاتوزي *kātūzī.* p. *adj.* Religioſus, Dei cultor, devotus. *Ferh.*

كاتهال *kāthāl.* p. *n. propr.* Nom. pagi in regione Kiſchmir. *Gih.*

كاث *kās.* p. *n. propr. i. q.* كات *kāt.* Nom. civitatis in Charezmia, in orientali fluvii جيحون *gejhūn* latere ſitæ. *Grav.*

كاث *kāss.* a. *n. f.* Quod germinat e diſperſis demeſſæ frugis reliquiis. *Gol.*

كاثب *kāsib.* a. *n. propr.* Nom. montis. *Wan.*

كاثبة *kāſibet.* a. *n. f.* Poſtrema pars extremæ cervicis equinæ, ad quam pertingit epphippium, quamve manu contingit eques. *Wan.*

كاثر *kāſir.* a. *part.* Multus. *Wan.*

كاثعة *kāſi-æt.* a. *part.* Craſſum & tumens *labium. Wan.*

كاج *kāg.* p. 1) *n. propr.* Nom. fabricæ, *aut* diverſorii publici inter urbes Kum & Rej. 2) *n. f.* Pinaſter. 3) Alapa, *aut* ictus, manu in cervicem impactus. 4) *adj.* Luſcus. 5) *partic.* Utinam. *Ferh.*

كأج *keeg.* a. *V. act.* [F. 3.] Admodum fatuum eſſe. *Gol.*

كاچ *kāć.* p. 1) *n. f.* Pinaſter. 2) Alapa, *aut* ictus, manu in cervicem impactus. 3) Vernix alba *aut* colorata, qua vaſa fictilia obducuntur. 4) *adj.* Luſcus. *Ferh.*

كاچار *kāćār.* p. *n. f.* Supellectilia domus. *Ferh.*

كاچال *kāćiāl.* p. *n. f.* 1) *i. q. præc. Ferh.* 2) Tela, & pannus ſericus quivis. *Ni*.*

كاچره *kāćre.* p. *n. f.* Semen carthami. *Ferh.*

كاچغر *kāćghær.* p. *n. propr.* Nom. urbis in Turkiſtania, *quæ aliter* كاژغر *kāǰghær,* قاشغر *kāśghær &* كاشغر *kāśghær ſcribi ſolet. Ferh.*

كاچك *kāćek.* p. *n. f.* 1) Nepos ex fratre. *Nipote, & cugino.* 2) Vertex, mediumque capitis. *Ferh.*

كاچكينه *kāćkīne.* p. *n. f.* Pica, *avis pec.* variegata. *Ferh.*

كاچوره *kāćiūre.* p. *n. f.* Semen carthami. *Ni*.*

كاچه *kāće.* p. *n. f.* 1) Mentum, maxilla. 2) Iubilatio, gaudium. *Ferh.*

كاچي *kāćī.* p. *n. f.* Pulmentum ex farina & lacte. *Pappa, mineſtra di farina cotta nel latte. Ferh.*

كاچيره *kāćīre.* p. *n. f.* Semen carthami. *Ferh.*

كاچيك *kāćik.* p. *n. f.* Paſtillus, ex melle *aut* ſacharo paratus, conditum durius & ſpiſſius. *Ferh.*

كاچينه *kāčīne.* p. *n. ſ.* Semen carthami. *Ferh.*

كاح *kāh.* a. *n. ſ. pl.* كيوح *kūjūh*, & أكياه *ekjāh.* 1) Latus montis. 2) Pars poſterior montis, *aut* dorſum ejus. *Wan.* 3) Latitudo montis, patenſve clivus ejus. *Gol.*

كاحبة *kāhybet.* a. *n. ſ.* 1) Multum, multitudo. 2) Ignis efferens flammam. *Gol.*

كاحص *kāhys.* a. *part.* Pede percutiens. *Gol.*

كاحط *kāhyt.* a. *part.* Sterilis, & annonæ penuria laborans *annus. Gol.*

كاحيا *kahjā.* t. *n. ſ. vulg. pro* كتخدا *ketchuda.* Præfectus *aulæ.*

كاخ *kāch.* a. *n. ſ. pl.* أكواخ *ekwāch*, كوخان *kuchān*, كيخان *kychān*, & كوخة *kiwæchæt.* 1) Tugurium arundineum ſine feneſtra, qua lumen admittat. 2) *in genere* Domus, feneſtra carens. *Gol.*

كاخ *kīch.* p. 1) *n. propr.* Nom. oppidi in diſtrictu urbis تون *tūn.* 2) *n. ſ.* Pluvia. 3) Æſtuarium in horto *vel* alibi, palatium jucundum, cœnaculum una parte apertum, & ſublimi loco poſitum. *Beluedere, ſala con balconi, e di bel proſpetto. Ferh.* ¶ كاخ آهل ضعيف الاساسدر و قصر وجود عرصهء اندراسدر *kāchy āhil, zæ-ȳfül-esās-tür we kæſrī wüğiūd ærſæī indirāſtür.* Habitaculum mortalium infirmis nititur fundamentis, palatiumque vitæ humanæ eſt veluti tabula deletitia, *i. e.* mundus hic eſt labilis & caducus. *Sæ.* كاخ دوازده كنكرهء آسمان *kāchy düwāzdeh kunkurei āſümān.* Æſtivarium duodecim pinnis, acroteriiſve ornatum, *i, e.* cœli palatium. *Il volto, o beluedere del cielo con le ſue dodici torri, o magioni. Ik.* بو كاخ دلاويز كوكلنه سرد كلوب *bu kāchy dilāwīz gönline ſerd gelüp.* Cum cœnaculum hoc amœnum & cor ſuſpendens ipſi frigidum videretur. بر قصر بلند و كاخ دلپسندده قران سعادت نشان برجيس و ناهيد وقوع بولدي *bir kæſrī bülend we kāchy dilpeſendte kyrānī ſe-ādet nišānī bergisü nāhīd wukū* buldy.* In uno excelſo conclavi fortunatiſſima facta eſt conjunctio jovis cum venere, *i. e.* copulatio principis ſponſi cum venuſtiſſima ſponſa. *Sæ.* كاخ مشتري *kāchī müšteri.* 1) Signum ſagitarii in zodiaco. 2) Piſces *in eodem.* 3) Cœlum ſextum. * *Expreſs. fig.* كاخ خورده *kīch chorde, h. e.* سله يدي *sille jedi.* Colaphum aquiſivit, alapa cæſus fuit. *Ferh.*

كاختة *kāchtet.* a. *n. propr.* Nom. oppidi in Syria. *Gih.*

كاخج *kāchyğ.* p. *n. ſ.* Rubigo, macula, ſordes veſtium, corporis. *Ferh.*

كاخر *kāchær.* p. *n. ſ.* 1) Icterus, regius morbus. 2) Flavedo in frugibus apparens ex defectu pluviæ, antequam matureſcant. *Ferh.*

كاخنج *kāchænğ.* p. *n. ſ.* 1) Vitis. 2) Sanguiſuga. *Caſt.*

كاخنج *kāchynğ.* p. *n. ſ.* Species futuræ, cum ſerico proſtantis. *Ferh.*

كاخواره *giāchwāre.* p. *n. ſ.* Cunæ. *Ferh.*

كاخوال *kāchwāl.* p. *n. ſ.* Nom. avis. *Caſt.*

كاخوسته *kāchūſte.* p. *n. ſ.* Semen carthami. *Ferh.*

كاخول *kāchūl.* p. *n. ſ.* Sturnus variegatus; *avis, quæ contra locuſtas pugnat. Ferh.*

كاخه *kāche.* p. *n. ſ.* 1) Pluvia. 2) Icterus, morbus regius. 3) *poetis* Hyems. *Ferh.*

كاد *kād.* p. *n. ſ.* Aviditas. *Ferh.*

كاداء *keedāe.* a. *part.* Difficilis, moleſtusque aſcenſu *mons. Gol.*

كادح *kādyh.* a. *part.* Studens, operam ponens, ſtudium, ac laborem adhibens. *Studioſo, ch'accudiſce.* ¶ كادح ا‌ل *kādyh ol.* Operam navare. *Applicarſi. An.*

كادس *kādis.* a. *n. ſ.* 1) Id, ex quo augurium capitur, *uti*: ſternutamentum. 2) *pec.* Res mali augurii, *uti*: deſcendens de monte dorcas, *vel* a tergo ſeſe offerens. *Wan.*

گادن *gāden.* p. *V. i. q.* جماع *gimā*.* a. Cum muliere congredi. *Auer da fare con una donna. Ferh.*

كاده *kāde.* p. 1) *n. ſ.* Coitus venereus. *Caſt.* 2) Umbraculum. 3) *part.* Quæ cum viro concubuit, *mulier. Ferh.*

كاديّة *kādiet.* a. *part.* Lente plantam producens *terra. Wan.*

كادية *kādijet.* a. 1) *part.* Dura *terra.* 2) *n. ſ.* Adverſa fortuna, infortunium. *Gol.*

كاذان *kāzān.* a. *part.* Magnus & obeſus. *Gol.*

كاذب *kāzib.* a. *part. pl.* كذّب *kāzzeb. i. q.* يلانجي *jalanği.* t. 1) Mentiens, mendax. 2) Falſus, non verus, non ſincerus. *Mendace, mentitore, falſo, non vero. Wan.* ¶ قياس كاذب *kyjāsī kāzib.* Syllogiſmus falſus, fallax. *Sillogiſmo falſo.* ناقل كاذب *nākylī kāzib.* Falſus delator *aut* relator. *Falſo riportatore. Bern.* صبح كاذب *ſubhy̆ kāzib.* Albedo quædam, præcedens auroram.

كاذبة *kāzibet.* a. 1) *V. act.* [F. 2.] Mentiri. *Gol.* 2) *part. fæm. præc. Wan.*

كاذة *kāzet.* a. *n. ſ.* Pars femoris exterior circum pudenda, inguina, *aut* poſtica femorum caro. *Gol.*

كاذتان *kāzetān.* a. *n. ſ. dual. præc. Wan.*

كاذيّ *kāzīj.* a. *n. ſ.* Arboris ſpecies, cujus floribus unguentum odoratum redditur. *Gol.*

كار *kār.* a. *n. ſ.* Dimidiatus uter, *vel* culeus, in quo cibus, frumentumve reconditur. *Gol.*

كار *kār.* p. 1) 2. *perſ. imperat. a* كاريدن *kāriden.* Fac. 2) Semina. 3) *part compos.* Faciens, operans, operator. 4) Seminans, ſator. 5) *n. ſ. ipſa* Seminatio. 6) Prælium, pugna. 7) *uſit. i. q.* فعل *fi*l.* a. ايش *iš.* t. Factum, opus. 8) Negotium, occupatio. 9) Commercium. 10) Vitæ ratio, profeſſio, ars. *Opera, fatto, azione, lavoro, trauaglio, affare, negozio, commercio, ſtato di vita, arte, profeſſione. Ferh.* ¶ خدمتكار *chydmetkār.* Servitium præſtans, famulus. *Seruitore.* حيله كار *hȳle kār.* Machinator, doloſus. *Machinatore.* كار بد *kārī bed.* Malum opus, negotium malum, quod non decet. *Opera cattiva, misfatto. Ik.* كار ا‌ل *kār e.* 1) Operari. 2) Exercere aliquam artem, *etiam* mercaturam. 3) Effectum facere, afficere, penetrare, pervadere. *Lauorare, eſſercitar qualche profeſſione, far effetto, penetrare, operare.* كار و كسب *kārū kesb.* Opificium & lucrum, ars, qua vitæ ſuſtentandæ media ſibi quis parat. *Arte, induſtria, per guadagnarſi il pane.* رعايا و برايا كار و كسبلرنده اولالر *ry-ājā wü berājā kārū keſplerinde olalar.* Ut ſubditi & vaſalli occupationibus ſuis libere vacare poſſint. *Che li ſudditi, e vaſalli poſſano attendere alle loro facende e trafichi. Ll.* بكا كار ادنادر *bana kārī ednā dür.* Mihi res eſt facillima. *Mi e coſa faciliſſima. Ik.* يورلمق جاننه كار اتدي *jorulmak ğianine kār itty.* Laſſitudo animam ejus affecit, penetravit. *La ſtanchezza gli paſſo l'anima.* جهد وكار *ğehtü kār.* Conatus, diligentia *ac* labor. *Induſtria, trauaglio, ſforzo.* بر قاچ كون بو كار اوزره كذار ايلدي *bir kač gün bu kār üzre güzār ejledy.* Per aliquot dies huic operi vacatum eſt. *Paſſarono aliquanti giorni in ſimili facende.* كندو كارمده حلوا صاتركن *gendü kārümde hælwā ſatariken.* Cum ego, meam exercens artem, dulciaria venditarem. *Mentre io ſecondo la mia profeſſione ſtauo vendendo paſte.* كندو نشيمنده و كار و دمده تك و تنها قرار ايدوب آمادهء خوابكار اولوب طورردم *gendü nisīmenümde we kārü demümde tekü tenhā kærār idup āmādei chābkār olüp durürdüm.* Cum ego in conclavi meo meis attenta occupationibus ſola & una ſederem, & me ad ſomnum capiendum diſponens ſtarem. كارك دكلدر بو *kārün-degüldür bu.* Hoc non eſt tuæ profeſſionis, non potes hoc efficere. *Non e coſa tua queſta, non e di tua portata.* بو كونه دروغ بی فروغ ايله حاضر شكاري رها اتمك اهل ادراك كاري دكلدر *bu güne dürūghy̆ bī fürūgh ile hāzyr šikārī rehā etmek ehlī idrāk kārī degüldür.* Propter vana hujuſmodi mendacia paratam, ſeu jam captam prædam, feramve e manibus dimittere, non eſt actio intellectu & prudentia præditi viri. كافر نا بكار اوكندن فرار كار خردمند و هوشيار دكلدر *gāfirī nābekār ön-ynden firār kārī chyredmendü hūšjār degüldür.* Ex infidelium, inertium, viliumque conſpectu fugere actio prudentis *aut* judicioſi haud eſt. *Non e azione da huomo ſaggio, e prudente il fuggire da' ſordidi nemici. Sæ.* كار كردن *kār kerden.* 1) Laborare, operari. 2) Colere terram. دركار بود *derkār būd.* 1) Opus, par erat. 2) *i. q.* ايشده ايدي *ište idy.* In opere erat, operabatur. بكار آمدن *bekār āmeden.* Utilem, idoneum eſſe. بكار آوردن *bekār āwürden.* Peragere, exequi, ad effectum deducere. ازكار رفته *ezkār refte.* Inutile, iners *membrum.* كار فرمودن *kār fermūden.* Injungere, operi præeſſe. *Ik.* كار آب *kārī āb.* Potatio vini. * *Expreſſ. fig.* كار از سر كذشت *kār ez ser güzešt, h. e.* ايش ايشدن كچدي *iš išden gečdi.* Res modum *aut* terminum exceſſit, actum eſt de hoc. كار او كل كرد *kārī o gül kerd.* Negotium ejus roſam tulit, *h. e.* كزلو ايشي اچلدي *gizlü iši ačildi.* Quæ clandeſtine egit, patefacta ſunt. كارش بالا كرفت *kareš bālā girift, h. e.* ايشي ايلرو كلدي *iši ileru geldi.* Negotium ejus bene, proſpereque ſucceſſit, res illius felicem exitum habuit. كارش بالا ميرود *kāreš bālā mirewed. Idem.* كارش روشن شد *kāreš rūšen šüd, h. e.* ايشي صورت بولدي *iši sūret buldi.* In opere ejus ſperatus eventus, *aut* forma prodiit. كارش روشن نكشته *kāreš rūšen nekešte, h. e.* ايشي صورت بولمدي *iši sūret bulmadi.* Nihil effecit. كار مدار *kār medār, h. e.* كسنهيي رنجيده خاطر ايلمه *kimesneji rengīdei chātyr ejleme.*

me. Non eſto cuipiam incommodo, *aut* faſtidio, negotium non faceſſe. كار هندوان واژ كونداست *kārī hindūwān waj gūne eſt.* Indorum eſt, rem inverſe ac præpoſtere agere; *dicitur, si res inverſe agitur, aut contrarium ejus evenit.* كاريست دست بسته *kārī eſt deſt beſte, h. e* بو ايشي كمسنه ايتمدي *bu iśi kimesne ittmedi.* Nemo hoc fecit. *Ferh.*

كار *gār.* p. *part. compos. intensionem operantis indicans, uti:* آفريدگار *āferīdegār.* Creator, Deus. آمرزگار *āmrūzgār.* Veniæ conceſſor, condonator, miſericors. *Ferh.*

كار آزموده *kār āzmūde.* p. *part. compos.* Rerum peritus, expertus, verſatus in rebus. *Perito, verſato, intelligente, eſperto.* ¶ كارآزمودگان *kār azmūdegān.* Rerum periti. *Eſperti, intelligenti.*

كاراسته *kīrāſte.* t. *n. ſ.* Aſſeres, aliaque materialia domui fabricandæ.

كاراسي *kārāsī.* p. *n. ſ.* Nom. avis, triſte canentis. *Ferh.*

كار افژول *kār efjūl.* p. *part. compos.* 1) Qui operarios ad opus impellit, inſpector. 2) Operarius, mercenarius. *Ferh.*

كارآگاه *kārāgāh.* p. *adj. compos.* 1) Rerum peritus, expertus. 2) Hiſtoricus, narrator. ¶ كارآگاهان *kārāgāhān.* 1) Rerum periti. *Ferh.* 2) Speculatores, inſpectores. *Caſt.*

كارانيدن *kārānīden.* p. *V. tranſit. a* كاريدن *kāriden.* Fieri facere, curare fieri. *Caſt.*

كاروژول *kārewjūl, vel kārūjūl.* p. *n. ſ.* 1) Servus conductitius in menſem *aut* annum. 2) Qui operi aliorum inſtat, & promovendo præeſt. *Caſt.*

كاربا *kīrbā.* p. *adj.* Artifex. *Caſt.*

كاربار *kārbār.* p. *n. ſ. pro* كاروبار *kārūbār.* Opus, labor. *Caſt.*

كاربان *kārbān.* p. *n. ſ. i. q.* قافله *kāfile.* a. Caravana, cohors iter ſimul facientium, viatores. *Carauana, compagnia di paſſaggieri.* ¶ كاربانسراي *kārbānſerāj.* Diverſorium publicum viatorum. *Ferh.* كاربانرا بست كردن *kārbānrā beſt kerden. i. q.* كاروان گچهجك يري سدّ ا *kārwān gećeğek jeri ſedd e.* Mercatorum *aut* aliorum peregrinorum, ſimul iter facientium, paſſus præcludere. *Serrar il paſſo della carauana. An.*

كارپرورد *kār perwerd.* p. *adj. compos.* 1) Qui bene operatur. 2) Qui bene cogitat & expendit. *Ferh.*

كاربند *kār bend.* p. *adj. compos.* Applicans animum, *q.* conſtituens *opus. Che ſi regola.* ¶ اتدكلري پند ايله كاربند اولدي *ittüklleri bend īle kārbend olmady.* Juxta admonitiones conſiliumve eorum ſe non geſſit, rem non tractavit. *Non gli giouarono niente li buoni conſegli o auertimenti loro.* اول آينك فحواسيله كاربند اولديلر *ol ājetün-fæhwāſi ile kārbend oldyler.* Juxta illius oraculi ſenſum geſſerunt ſe. *Si regolarono ſecondo quell' oracolo. Ll.*

كارپيچ *kārpīć.* p. 1) *n. ſ.* Mercium faſcis, ſagma, ſarcina. 2) *adj.* Qui merces in faſcem ligat, complicat. *Ferh.*

كارة *kāret.* a. *n. ſ.* 1) Doſſuariæ veſtes. *Wan.* 2) Magna aliqua quantitas frumenti. *Gol.*

كارتن *kārten.* p. *n. ſ.* Aranea. *Ferh.*

كارتنه *kārtene.* p. *n. ſ.* 1) *i. q. præc.* 2) Fenugræcum, ejuſve grana. *Ferh.*

كارچان *kārćiān.* p. 1) *n. propr.* Nom. viri. 2) Femur avis, *ſeu* uropygium. *Ferh.*

كارجنك *kārğenk.* p. *n. ſ.* Cucumis. *Caſt.*

كارچوب *kārćiop.* p. *n. ſ.* 1) Cylinder ligneus, cui tela in textrina obvolvitur. 2) Cuneus ligneus, cujus ope ipſe ille cylinder in gyrum agitur. *Ferh.*

كارجيگان *kārğīgān.* p. *n. propr.* Nom. diſtrictus in Armenia. *Gih.*

كارح *kāryh.* a. *n. ſ.* Indoles hominis. *Go.*

كارحة *kāryhæt.* a. *n. ſ. i. q. præc.* *Gol.*

كارخ *kārych.* a. *n. ſ.* Aquæductor. *Gol.*

كارخانه *kārchāne.* p. *n. ſ. compos. vul. kerhane.* Officina opificis. *Bottega. Ferh.* ¶ آماسيه اطرافي خيام ملونه و سپاه سلطاني ايله نمونهٔ كارخانهٔ ماني اولدي *āmāſije ætrāfī chyjāmī mülewwene wü ſipāhī ſultānī ile nümūneī kārchāneī mānī oldy.* Amaſiæ urbis circumjacentes campi, tentoriis variorum colorum, atque exercitu regio ornari, viſi ſunt inſtar officinæ pictoriæ celeberrimi illius pictoris Mani. *Eſſendoſi adornata la campagna di amaſia con li vaghi, e coloriti padiglioni dell' eſſercito regio. Sæ.*

كارد *kārd.* p. *n. ſ. i. q.* بچاق *bićiak.* t. Culter. *Coltello.* * *Expreſſ. fig.* كاردبا استخوان رسيد *kārd bā üſtüchān resīd.* Culter ad os uſque penetravit, *h. e.* تحمّله چاره قالدي *tæhæmmüle ğāre kalmadi.* Nullum ad patientiam ultro ſupereſt remedium, hæc amplius tolerari non poſſunt. كارد زد *kārdzed.* Cultro feriit, *aut* cultro percuſſus eſt;

Di-

dicitur de eo, qui invīto animo aliquid operatur. Ferh.

كاردار *kārdār.* p. *adj. compos.* 1) Operans, ſe occupans. 2) In colligendis divitiis aſſiduus. 3) Miniſter, qui rerum negotia tractat. *Ferh.*

كاردان *kārdān.* p. *adj. compos.* Rei gnarus, peritus, intelligens. *Intelligente, eſperto, perito. Ferh.* ¶ حصار ضبطني بر معتمد و كاردان آدمنه تفويض اتدي *hysār zæbtyni bir mu'temedü kārdān ādemine tefwyz itty.* Præfecturam arcis uni ſuo fido ac rerum perito aulico commendavit. *Raccommandò la difeſa del caſtello ad un confidente, e prattico ſogetto. Sæ.*

كاردانلق *kārdānlyk.* t. *n. ſ.* Rerum peritia. *Prattica, eſperienza.*

كارداني *kārdānī.* p. *n. ſ. compos. i. q. præc. Caſt.*

كاردكان *kārdkān.* p. *n. ſ.* Juglans. *Caſt.*

كاردو *kārdū.* p. 1) *adj.* Non recens, in ſequentem ſervatus diem *cibus.* 2) *n. ſ.* Flos dactyli. 3) Magna forfex, *qua tondetur lana.* 4) *ipſa* Tonſio *aut* tomentum. *Ferh.*

كارران *kārrān.* p. *adj. compos.* Qui negotium ſuum, *vel* alienum promovet, procurator, curam gerens *pec.* negotii alieni. *Ferh.*

كارز *kāriz.* a. *part.* Præco, prædicator. *Gol.*

كارزار *kārzār.* p. *n. ſ. compos.* 1) Campus belli. 2) Bellum, manuum conſertio. *Campo di battaglia, e battaglia, fazzion d'arme. Ferh.* ¶ كارزار كردن باكفار *kārzār kerdenī bā küffār.* Dimicare, confligere, bellum gerere contra infideles. *Caſt.*

كارزارگاه *kārzār gāh.* p. *n. ſ. compos.* Campus, belli locus. *Campo di battaglia. Caſt.*

كارژول *gārjūl.* p. *adj.* Qui cum operario eſt, ejuſque operi, ut inſpector, inſtat. *Caſt.*

كارزين *kārzīn.* p. *n. propr.* Nom. civitatis in Farſia, haud procul a mari ſitæ. *Gih.*

كارس *karis.* a. *n. ſ.* Radix, origo, fundamentum. *Wan.*

كارساز *kārsāz.* p. 1) *adj. compos.* Qui opus concinnat, recte conficit, operam navat. 2) Conſentiens, concordans, conveniens. *Che sa trattar bene un negozio induſtrioſo, e coſa conueneuole da compire qualche impreſa.* ¶ طوب اندازلر و بارو شكنلكده كارسازلر اظهار عجز ايدنجك *top endāzler we bārū śikenlikte kārsāzler yzhāri æğz idiğek.* Poſtquam rei tormentariæ periti ac in diruendorum murorum arte verſati bombardarii ſe in ſua ſcientia defeciſſe indicarunt. *Perche gl' ingegnieri, e bombardieri moſtrauano imbecillità, e dificoltà di poter rompere le muraglie. Sæ.*

كارسبان *kārsibān.* p. *n. ſ.* Ciſta rotunda pro recondendis fructibus, & aliis rebus edulibus. *Ferh.*

كارسز *kārſyz.* t. *adj.* Ab opere vacans, otioſus. *Ozioſo, ſenza facende. Bern.*

كارع *kāry'.* a. *part.* 1) Qui prono bibit ore. 2) Qui ita os admovet liquori, *ſive* bibat, *ſive* non. *Gol.*

كارعة *kāry-æt.* a. *pl.* كارعات *kāry-āt.* 1) *part. fæm. præc.* 2) *n. ſ. pec. cum artic.* Ad aquam ſita palma. *Gol.*

كار فرما *kār fermā,* & كار فرماي *kār fermāj.* p. *adj. compos* Imperator, qui negotium injungit, *aut* præfectus, præpoſitus. *Che commanda, o ordina qualche coſa, miniſtro, ſuperiore.* ¶ كار فرمايان دولت *kār fermājānī dewlet.* Miniſtri ſtatus, proceres regni. *Miniſtri di ſtato, li grandi del regno. Ik.*

كارگاه *kārgāh.* p. *n. ſ. compos.* 1) *in genere.* Locus operis, *ſcil.* ubi id conficitur. *Ferh.* 2) Machina textoria, telam ſuſtinens. *Caſt.* 3) Officina. *Bottega.*

كار گذار *kār güzār.* p. *n. ſ. compos.* 1) Curator, rei curam gerens. *Caſt.* 2) Aptus ad tractanda ac perficienda negotia, expertus, peritus. *Abile a negoziare, intelligente, prattico, perito. Eb.*

كارگر *kārger.* p. *adj. compos.* 1) Qui opus efficit, conficitque, ac perſequitur. 2) Peritus, expertus, negotio concinnando *aut* perficiendo par, *vel* idoneus. 3) Quod effectum habet & vim. 4) Penetrans *gladius,* commovens *oratio. Lauoratore, eſperto, & che penetra, commoue, trapaſſa, fa effetto.* ¶ كارگر او *kārger ol.* 1) Operari, pervadere. 2) Effectum conſequi. *Operare, penetrare, far effetto. Sæ.*

كاركن *kārkün.* p. *adj compos.* Operans, operator. *Ferh.*

كاركه *kīrgeh.* p. *n. ſ. compos.* Locus, ubi quid laboratur, officina. *Ferh.*

كاركيا *kārgīja.* p. *n. ſ.* 1) Imperator. 2) Elementum. *Ferh.*

كاركير *kārgīr.* p. *compos.* 1) *adj.* Qui negotium ſuſtinet, ſuſcipit, & de alterius opere proſpicit. 2) *n. ſ.* Cella ſubterranea. 3) Panni lanei genus groſſius. *Chi ſoſtiene un*

peſo

peſo, intraprende un negozio, cantina. 4) *uſit.* Solidus ex lapidibus, *q.* domum ſuſtinens, & durabilem reddens murus. ¶ كاركير بنا *kārgīr binā.* Lapidea domus.

كارمند *kārmend.* p. *adj. compos.* Opus habens præmanibus & illud operans. ¶ خردمند ايسك پند ايله كارمند اولوب حصاري تسليم ايله كه نوازش پادشاهيه مظهر اولمغله مقرردر *chyredmend isen-pend ile kārmend olüp hysāri teslīm ejle ki nüwāziśī pādiśāhīje mæzher olmaghun-mükærrer dür.* Si ſapis, juxta conſilium tibi datum operare & arcem extrade, quia certum eſt, te hac via futurum objectum gratiæ, & beneficentiæ regiæ. *Sæ.*

كارنار *kārnār.* p. *n. propr. compos.* Nom. montis in regione Kiſchmir. *Gih.*

كارنامه *kārnāme.* p. *n. ſ. compos.* Exemplar, forma rei parandæ, in charta expreſſa, delineatave. *Modello, diſſegno. Ll.*

كارنجك *kārengeg.* p. *n. ſ.* Cucumeres recentes. *Ferh.*

كارنك *kareng.* p. *adj.* 1) Exultans, lætus, jubilans. 2) Facundus, eloquens. *Ferh.*

كارو *kārū.* p. *n. ſ.* 1) Otis, tarda; *avis.* 2) Ovum *ejus. Ferh.*

كاروان *kārwān.* p. *n. ſ.* Caravana, cohors iter facientium. *Truppa di viandanti.* ¶ كاروان باشي *kārwān baśi.* Præfectus ejusmodi cohortis. *Capo della carauana.* كاروان سراي *kārwān ſerāj.* Diverſorium, locus, ubi caravanæ conſident. *Diuerſorio, hoſpizio publico per le carauane.*

كاروانك *kārwānek.* p. *n. ſ.* Nom. avis. *Ferh.*

كاروبار *kārūbār.* p. *n. ſ. compos.* Occupatio, negotium, commercium. *Ferh.*

كاروژول *kārūjūl.* p. *adj.* 1) Qui operarios ad opus impellit. 2) Operarius, mercenarius. *Ferh.*

كاروكرد *kārūkerd.* p. *n. ſ. compos.* Occupatio, negotium. *Ferh.*

كاره *kāre.* a. *n. propr.* Nom. loci in Meſopotamia. *Gih.*

كاره *kāreh.* p. *n. ſ.* Onus dorſuale. *Ferh.*

كاره *kārih.* a. *part.* Abhorrens, abominans. *Abominante. Bern.*

كاري *kārī.* a. *n. ſ.* Arbor, palmæ ſimilis, *quæ aſpero & arenoſo ſolo delectatur. Cas. Bibl. A. H.*

كاري *kārī.* p. 1) *adj.* Acutus, acris. 2) Vehemens, impetuoſus *homo.* 3) *n. ſ.* Strenuus athleta. *Ferh.*

كاري *gārī.* p. *adj.* Inconſtans, inſtabilis, caducus. *Ferh.*

كاريدن *kārīden.* p. *V.* 1) Operari. 2) Seminare *agrum,* frumentum ſerere. *Operare, trauagliare, e ſeminare. Ferh.*

كاريز *gārīz.* p. *n. ſ.* 1) Canalis ſubterraneus, aquæ deducendæ inſerviens. 2) Cloaca. *Canale ſotterraneo, chiauica.*

كارين *kārīn.* p. *adj.* Procul, longe diſtans. *Lontano. Ferh.*

كاز *kāz.* p. *n. ſ.* 1) Forfex, *pec.* qua aurum & argentum ſcinditur. 2) Par rerum ſimilium, & junctarum ad modum forcipis, furcina, res bifurcata. 3) Pinus; *arbor.* 4) Cænobium *pec.* faſtigiatum. 5) Alapa *aut* ictus, pede inflictus. 6) Latibula ferarum ſubterranea in deſertis & ſylvis, ſpeluncæ, inq uibus oves hyeme continentur, & viatores concedunt. *Forbice, ceſcia. Ferh.*

كاز *gāz.* p. *n. ſ.* 1) Forceps quævis. 2) Carcer. 3) Dentibus facta comprehenſio, & morſicatio. 4) Fœnum. *Ferh.*

كاژ *kāj.* p. 1) *adj.* Luſcus. 2) *n. ſ.* Pinaſter. *Ferh.* 3) Umbraculum. 4) Grus. 5) Color viridis. *Caſt.*

كازر *kāzir.* p. *n. ſ.* Dealbator, inſolator *telæ,* lotor. *Imbiancatore, æ lauandaro. Caſt.*

كازران *kāzerān.* p. *n. ſ. i. q. præc. Ferh.*

كازرگاه *kāzergāh.* p. *n. ſ. compos.* Locus, ubi veſtes dealbantur, ac lavantur. *Ferh.*

كازرون *kāzrūn.* p. *n. propr.* Nom. civitatis in Farſia, *regione Perſidis. Herb.*

كاژره *kājre.* p. *n. ſ.* Crocus ſylveſtris, cnici flos. *Ferh.*

كازوره *kāzūre.* p. *n. ſ.* Semen carthami. *Caſt.*

كازريسك *kāzirīseg.* p. *n. ſ.* Semen *aut* grana herbæ cujusdam, نوروزوتي *newrūzot.* dictæ, *de quibus die novi anni ſepties ſeptem interruptis vicibus deglutire ſolent. Ferh.*

كاژغر *kājghær.* p. *n. propr.* Nom. urbis in Turkiſtania, *quæ aliter* كاشغر *kāsghær,* قاشغر *kāśghær* & كاچغر *kaćghær ſcribitur, atque alio nomine* اردوكند *erdūkend dicitur. Ferh.*

كاژو *kājū.* p. 1) *adj.* Luſcus. 2) *n. ſ.* Pinus, pinaſter. *Ferh.*

كازه *kāze.* p. 1) *n. ſ.* Caſa, domuncula hortulanorum vilis, panno coactili tecta, quæve mutuo habetur. 2) Umbraculum. 3) Lignum, quod venatores e regione laquei collocant, ut, eo viſo, feræ terreantur, & recta in decipulam incurrant. 4) Septum, in quo oves & pecora tempore hyemis in-

includuntur. 5) Domuncula, quo in via ſe viatores ab æſtu ſolis *aut* frigore hyemis recipiant. *Ferh.*

كازه *gāze.* p. *n. ſ.* Oſcillum. *Ferh.*

كازي *gāzī.* p. *n. ſ.* Nom. floris. *Ferh.*

كازيره *kāzīre.* p. *n. ſ.* Ahenum minus. *Caſt.*

كاژيره *kājīre.* p. *n. ſ.* Crocus ſylveſter, flos cnici tinctorius. *Ferh.*

كازيز *kāzīz.* p. *n. propr.* Nom. loci in Choraſana; *provincia Perſiæ. Gih.*

كاس *kās.* p. *n. ſ.* 1) Poculum, calix. 2) Patera lata & magna, fictilis *vel* lignea canthari plani *ſeu* ſcutellæ inſtar, ut ſub axilla teneri poſſit. 3) Porcus *mas. Ferh.*

كأس *kees.* a. *n. ſ. pl.* كؤوس *küūs,* كياس *kiās,* كأسات *keesāt, kāsāt,* & أكوس *ekwūs.* 1) Poculum, calix, cyathus *pec.* continens *vinum. Wan.* 2) *ipſum* Vinum. *Bicchiero, tazza di vino. Gol.*

كاسان *kāsān.* p. *n. propr.* 1) Nom. civitatis in Tranſoxana regione cum cognomine diſtrictu. 2) Nom. civitatis in Yraka perſica. *Gih.*

كاسانه *kāsāne.* p. *n. ſ.* Nom. avis, in Chuziſtania cumprimis reperibilis. *Ferh.*

كاسب *kāſib.* a. *part.* Quæſtor, lucrator. *Guadagnatore. Bern.* ¶ أبو كاسب *ebu kāſibin.* Lupus. *Gol.*

كاست *kāſt.* p. 1) 3. *perſ. præt. a* كاستن *kāſten.* Diminuit. 2) *part. compos.* Diminuens, imminuens. *Ferh.* 3) *n. ſ.* Diminutio. *Ah.*

كاستن *kāſten.* p. *V.* 1) Diminuere, diminui, jacturam facere. *Ferh.* 2) Finire. *Caſt.*

كاسته *kāſte.* p. *part. præt.* Diminutus.

كاسغ *kāsüg.* p. *n. ſ.* Echinus. *Ferh.*

كاسجو *kāsgiū.* p. *n. ſ. i. q. præc. Ferh.*

كاسد *kāſid.* a. *part.* Quod non diſtrahitur, emptoribus deficiens, frigens, valore ſuo carens. *Che non ſi vende, non ha eſito, di poca ſtima. Wan.* ¶ سوق آلكاسد *sūkul-kāſid.* Frigens forum. *Gol.* حيوان كاسد الاذعان *hæjwānī kāſidül-iz-ān.* Animal, ratione carens. *Animale priuo di ragione. Ik.* مرادی فاسدي بازار قبولده كاسد دوشدي *mürādī faſidi bāzārī kæbūlde kāſid düśty.* Perverſum ejus deſiderium in foro acceptationis pretium æſtimationemve non invenit, *i. e.* non admiſſum eſt. *Sæ.* كاسد *kāſid* ب. Impedire, ne diſtrahatur res venalis, *q.* pretium ejus ac æſtimationem deminuere. *Diſcreditare, far ſprezzar una*

mercanzia. صدد مصاحبتده كلام اخ شفيقي مردود و كاسد قلمادن احتراز لازمدر *ſædedi musāhæbette kelāmī æchȳ śefȳkȳ merdūdü kāsid kylmadan yhtirāz lāzim dür.* Cavendum eſt, ne in caſu converſationis *aut* colloquii verba fratris benevoli, *aut* amici refellas, *aut* contemptibilia teddas. *Biſogna ſtar in ceruello, in caſo di converſazione, di non rigettare, o diſcreditare le parole, del compagno, o amico. Ik.*

كاسدة *kāsidet.* a. *part. fœm. præc. Wan.*

كاسر *kāsir.* a. 1) *part. pl.* كسّر *küſſer.* Frangens, fractor. 2) Profligator. 3) *n. ſ. pec.* Aquila, oſſifragus. *Rompitore, ed aquila. Wan.*

كاسر الحجر *kāsirül-hægr.* 1) Saxifragus. 2) Saxifraga *herba. Saſſifragia. Bob.* شوكت قياصره اكاسره استقلالني كاسره اولمشدي *śewketī kæjāıyre ekāsire iſtyklālini kāsire olmyśdy.* Potentia cæſarum *ſeu* imperatorum romanorum monarchiam Coſroum *ſeu* regum Perſiæ, Parthorumve fregerat. *Era arriuata la monarchia de Ceſari a ſommo grado. Sæ.*

كاسرة *kāsiret.* a. *part. pl.* كواسر *kewāsir. fœm. præc. Gol.*

كاسع *kīſy*.* a. *part.* 1) Caudam inter pedes inflectens *camelitis, dorcas. Gol.*

كاسف *kāsif.* a. *part.* 1) Qui in malo verſatur *ſtatu.* 2) Auſterus *vultu.* 3) Infauſtus, ac infelix *dies. Wan.*

كاسكينه *kāsgīne.* p. *n. ſ.* Merops. *Ferh.*

كاسل *kāsil.* a. *part.* Segnis. *Wan.*

كاسمو *kāsmū,* & كاسموي *kāsmūj.* p. 1) *n. ſ.* Scopula ex pilis porcinis. 2) Porcini pili, ſeta. 3) Myſtax lupi, vulpis. 4) Crines ad pubem. *Ferh.* 5) *adj.* Imperitus, ignarus rerum. 6) Non conveniens, ineptus, inutilis. *Caſt.*

كاسني *kāſnī.* p. *n. ſ.* 1) Intybum, cichorium hortenſe, lactuca amara. *Ferh.* 2) Flos ſolis. *Indiuia, circoria bianca. Caſt.*

كاسو *kāsū.* p. *n. ſ.* Inſtrumentum peniculo inſtructum, *quo aquam fornaci ſeu furno aſpergunt ad moderandum ejus calorem. Ferh.*

كاسوره *kāsūre.* p. *n. ſ. i. q. præc. Ferh.*

كاسه *kāse.* a. p. t. *n. ſ.* 1) Patera, poculum. *Tazza, bicchiero.* 2) Scutella, paropſis quævis, *ſive* ænea, *ſive* fictilis, *ſive* magna, *ſive* parva. 3) Ahenotympanum minus. *Ferh.* ¶ سيه كاسه *ſijeh kāſe.* Avarus, ſordidus, vilis. *Auaro, ſordido. Ik.* كاسه شكسته *kāse śikeſte,* & كاسهء يتمان *kaseī jetimān.* Conſtellatio, *corona bo-*

realis dicta. *Hyd. tab. ſtel. ſix.* كاسهٔ درويشان *kāſeï derwīśān.* 1) *i. q. præc.* 2) Catinus potorius naviformis, ab una parte *q.* canalem *ſeu* incurvatum orificium, ab altera habens annulum. كاسهٔ سر *kāſeï ſer.* Cranium, calvaria. *Teſchio, nuca.* كاسهٔ سفالين *kāſeï ſifālīn.* Catinus, paropſis, lanx fictilis. *Ferh.* كاسهٔ بلوط *kāseï bellūt.* Calix, *ſeu* capula glandis, cujus umbilico affixus hæret pediculus. *An.* * *Expreſs. fig.* كاسهٔ كرداني *kāseï gerdānī.* Poculum gyrans, *h. e.* 1) *i. q.* كداي *gedāj.* Pauper, mendicus; *quod gyrando eleemoſynam quærit.* 2) *i. q.* تكرار *tekrār.* Cum quid denuo, & repetitis vicibus fit. كاسهٔ همسايه پايها دارد *kāseï hemsāje pājhā dāred.* Poculum vicini, *ſeu* poculum vini, quod vicinus præbet, pedes habet, *h. e.* ار لقمهسي ار قارننده قالمز *er lokmasi er karninda kalmaz.* Buccea, quæ viriliter præbetur, in ſtomacho viri non manet, *i. e.* ingenuus beneficium beneficio rependit. *Ferh.*

كاسه پشت *kāse püśt.* p. *n. ſ. compos.* Teſtudo. *Ferh.*

كاسه بند *kāse bend.* p. *adj. compos.* 1) Fideliator, qui conficit catinos. 2) Qui ruptos catinos reparat, & partes jungit. *Ferh.*

كاسه رود *kāse rūd.* p. *n. propr.* Nom. fluvii. *Ferh.*

كاسه كباب *kāse kebāb.* p. *n. ſ.* Caro, quæ in olla aſſatur, *cujus orificium operculo tegitur. Ferh.*

كاسهگر *kāseger.* p. 1) *adj.* Fideliator, qui catinos conficit. 2) Ahenotympani pulſator. 3) *n. ſ.* Nom toni muſici. 4) Una ex ſeptem lineis in poculo Dſchemſchidi regis. *Ferh.*

كاسهكردان *kāse kerdān.* p. *adv.* Denuo, iterato, rurſus. *Ferh.*

كاسه ليس *kāse līs.* p. *adj. compos.* Catillo, qui, occaſione quavis captata, alienum cibum affectat, & unde poteſt, aliquid arripere ſtudet, paraſitus. *Lecca piatti.*

كاسيّ *kāsīj.* a. *part.* Veſtitus, amictum, veſtemve habens. *Wan.*

كاش *kāś.* p. *partic.* Vtinam. *Faccia Dio, voleſſe Iddio. Ferh.*

كاشان *kāśān.* p. 1) *n. propr.* Nom. parvæ civitatis in Yraka perſica, *etiam* قاشان *kāśān ſcribi ſolitæ.* 2) Nom. fluvii in Yraka. *Gih.* 3) *n. ſ.* Domus hyberna, ejuſve pars. *Caſt.*

كاشانه *kāśāne.* p. *n. ſ.* 1) Domus *aut* habitatio hyberna, hypocauſtum. 2) Podium, prominens ædium pars, locus proſpectus in domo, & ubi convivia & compotationes inſtituuntur, *aut* ubi pernoctatur. 3) *in gen.* Domus, conclave. 4) Nidus avium. *Sala, galeria, loggia, ſtanza calda, e di paſſatempo. Ferh.* ¶ معلّا كاشانلر *muællā kāśāneler.* Præalta podia *aut* cœnacula. *Loggie alte. Eb.*

كاشت *kāśt.* p. 3. *perſ. præt. a* كاشتن *kāſten.* Seminavit. *Ferh.*

گاشت *gāśt.* p. 3. *perſ. præt. a* گاشتن *gāśten.* Invertit, mutavit, reverſus eſt. *Ferh.*

كاشتن *kāśten.* p. *V.* Seminare, arare, laborare *terram. Seminare, arare, coltiuar la terra. Ferh.*

گاشتن *gāśten.* p. *V.* Invertere, convertere, in gyrum agere, *aut* inverti, converti. *Ferh.*

كاشته *kāśte.* p. 1) *part.* Seminatus. 2) *n. ſ.* Semen. *Caſt.*

كاشح *kāśyh.* a. *part.* Qui clandeſtinum odium in pectore fovet, *vel* diſſimulatus *hoſtis. Gol.*

كاشخ *kāśuch.* p. *adj. i. q. præc. Ferh.*

كاشد *kāśid.* a. *part. pl.* كشد *keśd.* 1) Qui domeſticis ſuſtinendis operam navat. 2) Qui de cognatis bene meretur, *aut* qui affinitatem cum iis contraxit. *Gol.*

كاش رود *kāś rūd.* p. *n. propr.* Nom. fluvii. *Ferh.*

كاشغر *kāśghær.* p. *n. propr.* 1) Nom. civitatis in Turkiſtania, *quæ aliter* كاچغر *kāćghær,* كاژغر *kājghær,* & قاشغر *kāśghær ſcribitur, aut etiam* اردوكند *erdūkend dicitur. Grav.* 2) Oxus; *fluvius. Ferh.*

كاشف *kāśif.* a. *part.* 1) Detegens, detector. 2) Revelator, manifeſtator. *Che ſcuopre, ſcuopritore, riuelatore, paleſatore.* ¶ واقف اطوار طريقت و كاشف اسرار حقيقت *wākyfy atwārï tærȳkæt we kāśifi esrārï hækȳkæt.* Peritus inſtitutorum religionis, & explicator, *aut* revelator myſteriorum æternæ veritatis: كاشف استار الشبهات عن الوجوه اليقين *kāśifi eſtārïś-śübhāt ænil-wüğiühil-jækȳn.* Detractor veli dubiorum ex facie veræ certæque ſcientiæ. *Sæ.*

كاشفته *kāśüfte.* p. *adj.* Stultus, demens. *Ferh.*

كاشك *kāśk.* p. *partic.* Utinam. *Dio voglia, voleſſe Iddio. Ferh.*

كاشك *kāśk.* t. *n. ſ.* Oxigala. *Tef.*

كاشكي *kāśkī.* p. *partic.* Utinam. *Ferh.*

كاشم *kāśim.* a. 1) *n. ſ.* Liguſticum. 2) *aliis* Seſeleos ſpecies. *Gol.*

كاشمر *kīśmer.* p. *n. propr.* Nom. oppidi in regione, ترشيز *terśīz* dicta. *Ferh.*

كاشني *kāśnī.* p. *n. ſ. pro* كاسني *kāsnī.* Cichorium. *Ferh,*

كاشو *kāśū.* p. *n. ſ.* Poſtilena. *Ferh.*

كاشه *kāśe.* p. *n. ſ.* 1) Crocus ſylveſtris, cnici flos. 2) Glacies. *Ferh.*

كاشي *kāśī.* p. 1) *n. ſ.* Lateres quadrati fictiles, ac depicti, *quibus obducuntur interni parietes.* 2) *adv. contract. a* كاشكي *kaśkī.* Utinam. *Quadrelli, o mattoni di maiolica, maioliche dipinte, che ſi uſano nelle ſtanze. Ferh.* ¶ درونى زر و لاجورد ايله منقش و زرانكار نقاشي كاشيلر ايله زيبا و دلكش اولمشدر *derūnī zerü lāğewerd ile munækkæś we zerengār nækkāśī kāśīler ile zībā wü dilkeś olmyśtür.* Parietes interni, cyaneo colore depictis & deauratis lateribus ornati, ad jucunditatem erant. *Nel di dentro fù depinto con oro e colore azurro. Sæ.*

كاص *kās.* a. *n. ſ.* 1) Magna avaritia. 2) Celer inceſſus. *Gol.*

كاظم *kāzym.* a. *part. pl.* كظوم *kuzūm.* 1) Abſtinens a ruminando *camelus.* 2) Silens. 3) Cohibens *iram ſuam vir.* ¶ كاظم الغيظ *kāzymül-ghæjz. Idem. Wan.*

كاظمه *kāzymet.* a. *n. propr.* Nom. civitatis in Arabiæ regione Bahrein ad ſinum perſicum. *Geogr. min.*

كاع *kā*.* a. 1) *n. ſ.* Extremitas cubiti paululum protuberans in latere circa carpum, *ſeu* articulatio cubiti cum carpo. 2) *pec.* Exterior reſpiciens indicem. 3) *part. pl.* كاعة *kā-ǣt.* Meticuloſus. *Gol.*

كاعّ *kā**.* a. *part.* 1) Timidus, puſillanimis. *Wan.* 2) Teneri, tenuiſque vultus *homo. Gol.*

كاعب *kā-ȳb.* a. *part pl.* كواعب *kewā-ȳb.* Sororiantibus mammis *puella. Wan.*

كاعي *kā-ȳ.* a. *part.* Capiens fugam. *Gol.*

كاغ *kāgh.* p. *n. ſ.* 1) Ignis. 2) Ruminatio. 3) Lamentatio, gemitus *pec.* cornicis. 4) *in gen.* Sonus, vox. 5) *pec.* Sonus pateræ, ſcyphi. *Ferh.*

كاغد *kāghyd.* a. p. t. *n. ſ.* 1) Charta. 2) Literæ *ſeu* epiſtola. *Carta da ſcriuere, & lettera.* ¶ كاغد كنان *kāghyd künān.* Nom pagi in Yraka perſica, *qui olim civitas erat, priuſque* خويج *chæwȳch nuncupabatur, hocque nomen, ob egregiam quæ ibidem conficitur, chartam in* كاغد كنان *kāghyd künān mutatum, accepit. Gih.* كاغد زر *kāghydi zer. i. e.* Charta aurea, *nomen, quo patentes regiæ literæ, quæ in favorem alicujus a rege dantur, aut mittuntur, aut quibus ſtipendia pauperibus, & probis aſſignantur, a Perſis compellari ſolent. Ferh.* كاغد يازمق *kāghyd jazmak.* Literas, epiſtolamve ſcribere. *Scriuer una lettera. Ll.* آبادي كاغد *ābādi kāghyd.* Charta ſericea denſata, &c. چرچوه كاغدي *ćerćewe kāghydy.* Charta emporetica. *Carta da impannare.* كاغد نشّاف *kāghydȳ neśśāf.* Bibula, tranſmittens charta. *Carta ſciugarina, che trapaſſa.* كاغد خانه *kāghyd chāne.* Chartaria officina, *ſeu* mola. *Carteria.* قومار كاغدي *kumar kāghydi.* Chartæ luſoriæ. امان كاغدى *emān kāghydy,* دين كاغدي *dīn kāghydy,* ويره كاغدي *wire kāghydy.* Salvus conductus, literæ paſſus. *Saluo condotto, paſſaporto.* يول كاغدي *jol kāghydy.* Literæ paſſus. *Paſſaporto.*

كاغذ *kāghyz.* p. *n. ſ. i. q. præc.* ¶ كاغذ زر *kāghyzī zer.* Litera deaurata, *i. e.* diploma regium, *quo reges Perſiæ cuidam gratificando certum ſtipendium diurnum aſſignant, & quod huic in manus extradi ſolet. Ferh.*

كاغر بنا *kāghyr binā.* t. *n. ſ. compos. pro* كاركير بنا *kārgīr binā.* Lapidea domus. *Ll.*

كاغكاغ *kāghkāgh.* p. *n. ſ.* Clamor *ſeu* vox cornicis. *Ferh.*

كاغك *kāghek.* p. *n. ſ.* Lætitia, gaudium. *Ferh.*

كاغنو *kāghnū.* p. *n. ſ.* 1) Teredo, tinea. 2) Nom. vermis cujusdam, ex nigro rubri & venenati. *Ferh.*

كاغنه *kāghne.* p. *n. ſ.* Nom. vermis cujusdam, ex nigro rubri & venenati. *Ferh.*

كاغولتا *kāghūltā.* p. *n. propr.* Golgotha. *Caſt.*

كاغه *kāghæ.* p. *adj.* Idiota, rerum imperitus, indoctus. *Ferh.*

كاغينه *kāghȳne.* p. *n. ſ.* 1) Teredo, tinea. 2) Nom. vermis cujusdam, ex nigro rubri & venenati. 3) Cantharides. *Ferh.*

كاف *kāf.* a. 1) Litera alphabeti arabico perſico turcici vigeſima ſecunda. 2) *n. ſ.* Manus. *Cas. Bibl. A. H.* 3) *n. propr.* Nom. arcis in Syria in vicinia civitatis Tortoſæ. *Gih.*

کاف *kāf*. p. 1) 2 *perſ. imperat. a* کافتن *kāften.* Finde. 2) *n. ſ.* Fiſſio, fiſſura. 3) *part. compos.* Findens. 4) *pro* سکاف *sikāf.* Argentum uſtum *vel* coctum. 5) *contract. a* شکاف *ŝikāf.* Ruptura, rima. ¶ *Feſſura, breccia.* شکاف کاف کبي *ŝikāfi kāf gibi.* Inſtar fiſſuræ *aut* foraminis literæ ک *kāf.* کاف و نون *kāfü nūn.* Nomina duorum capitum corani. *Ik.*

قاف *kāff.* a. *part.* Curtos detritoſque ætate dentes habens *camelus. Wan.*

کافّة *kāffet.* a. *part. fœm. præc. Gol.*

کافة *kāfet.* a. *part. per licentiam poeticam ſine ّ teŝdid.* Univerſitas, omnes. *Tutti.* ¶ کافهٔ انام *kāfei enām* Omnes mortales. *Tutti mortali. Ll.* کافهٔ معشر بشر *kāfei maᶜŝeri beŝer.* Omnis cœtus, univerſum genus hominum. *Tutto il genere humano. Ik.* آثار ضعف کافهٔ اسلامده نمايان و هر دلاور مخلص جانبين جويان اولدي *āsārī zæᶜf kāfei islāmde nümājān we her dilāwer mæchlæs ğiānibin ğiūjān oldy.* Signa debilitatis *aut* infirmitatis in univerſa fide, *h. e.* in omnibus fidelibus apparuerunt, & unuſquiſque militum evadendi viam quærere cœpit. *Cominciarono a ritirarſi in dietro, & a cercare la via da poterſene ſaluare. Sæ.* کافهٔ رعايا *kāfei ry-ᶜājā.* Omnes ſubditi. *Tutti li ſudditi Ll.* کافة *kāfeten.* Prorſus omnes *venerunt. Gol.*

کافتدن *kāfteden.* p. *V.* Intrare. *Caſt.*

کافتن *kāften.* p. *V.* 1) Findere. 2) Fodere. *Ferh.*

کافد *kāfed.* p. 3 *perſ. aoriſt. contract. a* شکافد *ŝikāfed.* Findit. *Ferh.*

کافر *kāfer.* p. *adj.* 1) Incredulus, impius. 2) Tegens, operiens. *Ferh.*

کافر *kāfir.* a. 1) *part. pl.* کفّار *küffār*, کفار *kifār* & کفرة *keferet.* Abnegans Deum, impius, infidelis. 2) Tegens, operiens. 3) Ingratus; *q. accepta beneficia tegens.* 4) Qui loricam ſuam tegit ſuperinduta veſte. 5) Tenebroſa *nox, quod caligine ſua cuncta involvit, tegitque.* 6) Sator *ſeu* agricola, *quod operit injecta terra ſemina.* 7) *poetis* Niger formoſus. 8) *n. ſ.* Mare. 9) Magnus fluvius. 10) Magnus alveus. *Wan.* ¶ سورة الكافرون *ſuretül-kafirūne. i. e.* Sura infidelium; *inſcriptio ſuræ corani, numero centeſimæ nonæ. Marrac.* کافر حكّامي ابله *kāfir hukkāmi ile.* Cum principibus infidelibus, *i. e. ut autor intelligit,* contra principes chriſtianos. *Con i prencipi chriſtiani. Sæ.* اكافر النعمه *kæfirün-niᶜme.* Ingratus; *q. negans, ſe beneficio affectum. Ingrato, ſconoſcente. Ik.* * *Expreſſ. fig.* کافر ماجرا *kāfiri māğerā.* Qui, quidquid contingit, negat, *h. e.* بدمعامله و خصومت ايدبجي *bed mü-ᶜæmele wü chusūmet idiği.* Malarum actionum, litigioſus *homo. Ferh.*

کافرانه *kāfirāne.* p. *adj.* Inſtar infidelis, infidelium more. *Da infedele.*

کافرة *kāfiret.* a. *part. fœm. a* کافر *kāfir.* Incredula, impia. &c. *Wan.*

کافرکيش *kāfirkȳs.* p. *adj. compos.* Sectæ infidelium addictus. *Ferh.*

کافل *kāfil.* a. *part. pl.* كفّل *küffel.* 1) Qui continuo jejunat. 2) Qui ſilentium ſibi imponit jejunans. 3) Qui alium ſuſtentat, curatque. 4) Adminiſtrator. *Gol.* 5) *pro* کفيل *kefīl.* Sponſor, fide juſſor. *Pieggio, ſicurtà.* ¶ کافل و ضمين *kāfilü zæmīn.* Idem. *Ik.*

کافلو *kāflü.* p. 1) *n. ſ.* Nom. avis. 2) Induſium. 3) *adj.* Cordatus. *Ferh.*

کافور *kāfūr.* a. 1) *n. ſ. pl.* کوافير *kewāfīr*, کوافر *kewāfir*, & کفور *küfūr.* Flores *ſeu potius* primi fructus palmæ. 2) Involucrum eorum, *etiam* florum vitis. 3) *uſit.* Camphora, *ſpecies aromatis indici, quod redditur candidiſſimum. Wan.* 4) *n. propr.* Nom. fontis in paradiſo. *Canfora. Gol.* ¶ شمع کافوري *ŝem-ȳ kāfūri.* 1) Cera alba, camphorea, & hiſpanica, camphorata. 2) Cereus talis. *Cera bianca, candela di cera bianca. Ik.* کافور جودانه *kāfūri ğewdāne.* Species camphoræ. کافور سپرم *kāfūri ſiperūm.* 1) Baſilicum foliis albis. 2) Flos flavus, camphoræ odorem referens. *Ferh.*

کافوري *kāfūrī.* p. *n. ſ.* Nom. herbæ albo flore. *Ferh.*

کافي *kāfī.* a. *part. pl.* كفات *küfāt.* 1) Sibi ſufficiens; *inter attributa, quæ Mohammedani in corona precaria,* تسبيح *tesbȳh dicta, recitare ſolent, numero decimoquintum. Hot. H. O.* 2) Quod ſufficit, ſatisve eſt, & gratum facit. 3) Qui *alterius* explet vicem. *Sofficiente, baſteuole.* 4) Efficax. 5) Integer, perfectus. ¶ کافيک *kāfīke.* Tuas explet vices, *ſeu potius* tibi ſufficit. *Gol.*

کافيلو *kāfīlū.* p. *n. ſ.* Spina arabica; *herba flaccida & gracili caule. Ferh.*

کاک *kāk.* p. 1) *n. propr.* Nom. arcis in Azerbejğana; *Perſiæ regione.* 2) *n. ſ.* Orbis, globuſve lunæ. 3) Macilentus, exſiccatus homo. 4) Caro exſiccata. 5) Panis, cum butyro coctus, & ſiccus. 6) Panis biſcoctus. 7) Pupilla oculi. 8) Homo. 9) Infans, puer. *Ferh.* 10) Magiſter. 11) Furfur. *Caſt.*

کاکا *kākā.* p. *n. ſ.* 1) Corbis parvus, *in quo pueris, ad ſcholam diſcedentibus, nonnulla comeſtibilia collocantur.* 2) Nomen, *quo frater natu minor majorem compellat.* 3) Mancipium, ſervus antiquus, domi educatus. *Ferh.*

کاکاو *kākāw.* p. *n. ſ.* Nom. ludi in Perſide. *Ferh.*

کاکره *kāgere.* p. *n. ſ.* Nom. medicamenti. *Ferh.*

کاکل *kākül.* p. *n. ſ.* 1) Nom herbæ, valde amaræ, origanum. *Origano.* 2) *uſit.* Cirrus, cincinnus, catenæ forma pendulus, & criſpus. 3) Funis, *aut* aliud, cui veſtes exſiccandæ imponuntur. 4) Species frumenti. *Riccio di capelli, chioma bella, e ricciuta. Ferh.*

کاکله *kākele.* a. *n. propr.* Nom. athletæ turanenſis. *Ferh.*

ماندشت *mandešt.* p. *n. propr.* Nom. provinciæ, *aut* districtus in Curdistania in planitie siti, atque quinquaginta numero pagos comprehendentis. *Gih.*

ماندكي *mandegi.* p. *n. f.* Lassitudo. *Stracchezza.*

ماندن *mānden.* p. *V.* 1) Manere. 2) Remanere, superesse, reliquum esse. 3) Lassum, & defatigatum esse. 4) Defatigari. 5) Ponere, relinquere, sinere. 6) Mittere, dimittere. 7) Similem esse. 8) Concinnare. *Restare dalla stanchezza. Ferh.* ¶ باز ماندن *bāz mānden.* Remanere, retro manere. *Rimaner in dietro.* پاى ماندن *pāj mānden.* Stabilem manere. *Cast.*

مانده *mānde.* p. *part.* 1) Qui mansit, remanens, relictus. 2) Lassus, defatigatus. 3) Qui sivit, permisitve. *Restato, stanco. Ferh.* ¶ مانده شدن *mānde šüden.* 1) Remanere. 2) Ex lassitudine defatigatum manere. 3) Immorari. عمل مانده *ámel mānde.* Impotens, ad agendum viribus destitutus. *Impotente, debole. Bern.* مانده تذكرهسي *mānde tezkeresi.* Privilegium, quo quis eximitur ab expeditione bellica, *q.* scheda remansionis, *seu* qua manendi domi facultas conceditur. *Licenza in scritto di restar a casa essente dal seguitar l'armata. Ll.*

مانستن *mānisten.* p. *V.* Similem esse, assimilari. *Assomigliare, rassembrare.* ¶ مانست *mānest.* Similis est. *Sam. lugh.*

مانته *manta.* t. *n. f.* Viola alba. *Viola bianca.*

مانطي *manti.* t. *n. f.* Artocreas. *Pasticcio. Bern.*

مانع *māni*.* a. 1) *part.* Recusans. 2) Prohibens, impediens, obstans. 3) Difficilis aditu, inaccessus. 4) Gravis *vir.* 5) *n. f. usit. pl.* موانع *mewāni*.* Impedimentum, obstaculum, obex, oppositio. *Chi s'oppone, osta, impedisce impedimento, ostacolo.* ¶ بر مانع اوغنجدن *bir māni* uğinden.* Propter aliquod obstaculum incidens. *Sx.* بر تعبير مانع آلتعبير *bir teʻbīri māni-ut-teʻjir.* Explicatio, vituperationis expers. *Ik.* مانع اولمق *māni* ol.* 1) Recusare, prohibere. 2) Impedire, præpedire, se opponere. *Ricusare, impedire, opporsi.* خلاص ايتمكه مانع اولمشلر در *chælās itmege māni* olmyšler dür.* Impediverunt, ne eum eliberaret. *L'impedirono, frastornarono di liberarlo. Sx.* آثار شدت شتا مانع توقف اولوب *āsārī šiddeti šitā mānij tewækkuf olup.* Cum signa imminentis rigidæ hyemis prohiberent, ne diutius ibi persisterent. *Sx.*

مانغالور *mānghālūr.* p. *n. propr.* Nom. civitatis in Indiæ regione Canara. *Gih.*

مانفردونيا *manferdonija.* t. *n. propr.* Manfredonia, *urbs Italiæ. Gih.*

مانك *māneg.* p. *n. f.* Luna. *Ferh.*

مانند *mānend.* p. 1) *adj.* Similis, consimilis. 2) *adv.* Instar, sicut. *Simile, come.* ¶ قلعه مانند بر پلانقه *kal'e mānend bir palanka.* Castellum instar arcis, *aut* par munitæ arci. *Vna palanca, come una fortezza. Ll.* دريا مانند *derjā mānend.* Maris instar. *Vguale al mare.* دخى بونلره مانند دانشوران *dachy bunlara mānend dāniswerān.* Et his similes doctores, sapientes &c. *E altri dottori simili a questi.* كوكرجنلك قلعهسي و انكا ماندي بعض قلاع دخى حيطهٔ تصرفلرينه كيردي *gögerğinlik kal'esi we anün mānendī ba'zy kylā' dachy hytai tesærruflerine girdy.* Arx, Gögerğinlik dicta, aliæque ei similes arces in eorum potestatem devenerunt. *Sx.*

ماننداب *mānendāb.* p. *n. f. compos.* Iris, arcus cœlestis. *Cast.*

ماننده *mānende.* p. *part. præs.* Similis, consimilis. *Ferh.*

مانو *mānū.* p. *n. propr.* Nom. primi mensis in anno meliceo. *Ferh.*

مانوت *meenūt.* a. *part.* Is, cui invidetur. *Inuidiato. Wan.*

مانورك *mānūrek.* p. *n. f.* 1) Turtur. 2) Nom. medicamenti. *Ferh.*

مانوس *mānūs.* p. *n. f.* 1) Vox, sonus, rumor. 2) Echo. *Ferh.*

مانوس *meenūs,* & بد مانوس *meenūsün bihi.* a. *part.* 1) Consuetudine & moribus conjunctus, familiaris. 2) Assuetus, consuetus. *Famigliare, domestico, & auezzo, assuefatto.* ¶ آيين مانوس اوزره *ājīni meenūs üzre.* Juxta suam consuetudinem, familiaremque usum. *Secondo l'uso, e costume suo.* سعادت مانوس *se-ādet meenūs.* Felix, *q.* felicitati innutritus. *Felicissimo, semper dalla fortuna fauorito. Ll.* جلوس سعادت مانوسلري *ğülūsī se-ādet meenūsleri.* Inauguratio ipsius felicissima. غزا مانوس *ghazā meenūs.* Bello assuetus. *Auezzo alla guerra.* بر ييل در ظلماته مانوس اولوب *bir jildür zulmāte meenūs olup.* Annus est, a quo tenebrarum socius individuus fuerat. *Eb.*

مانوست *meenūset.* a. *n. f.* Ignis. *Gol.*

مانوش *mānūš.* p. *n. propr.* Nom. montis, *quo mater Menuğehri, cum hunc in utero gestaret, post mortem Iregi confugit, & ubi se abscondit. Ferh.*

مانوشان *mānūšān.* p. *n. propr. i. q. præc. Ferh.*

مانوف *meenūf.* a. *part.* Nasum dolens & male habens. *Gol.*

مانوك *mānūk.* p. *n. f.* Turtur. *Ferh.*

مانكاو *mānegāw.* p. *n. f. compos. pro* مادكاو *mādegāw.* Vacca. *Ni.*

ماني *mānī,* *seu* مانن *mānin.* a. *part.* Qui res definit ac determinat. *Gol.*

ماني *mānī.* p. 1) *n. propr.* Nom. pictoris celebris chinensis, *cujus officina* نكار خانه *nigār chāne dicebatur, qui ob artem, qua excellebat, superbia elatus, in China sese prophetam venditavit. Ferunt, hunc lineam ad viginti ulnarum longitudinem potuisse manu ducere, in qua ne ipsa adhibita norma ullam in- vel declinationem demonstravit.* 2) Nom. alterius, *qui Zoroastrem seu magorum ignem adorantium, sectam secutus populum ad eam amplectendam instigavit.* 3) 2. *pers. aorist. a* مانيدن *mānīden.* Manes. 4) Similis es. 5) *interrog.* Manesne. 6) Similisne es? *Ferh.*

مانيد *mānīd.* p. 3) *pers. præt. a* مانيدن *mānīden.* 1) Similis fuit. 2) Mansit, *dicitur scil. cum quis id, quod facere voluit, facere non potest, aut, quod loqui voluit, loqui non potest.* 3) *in lusu fritillorum* Victus est. *Ferh.*

مانيدن *mānīden.* p. *V.* 1) Manere. 2) Similem esse, æquiparare. 3) Dimittere, relinquere. 4) Errare. 5) Oblivisci. *Rimanere, ed assomigliare. Ferh.*

مانيسا *manisa.* t. *n. propr.* Magnesia ad Sipylum; *urbs Asiæ minoris haud procul Smirna, medio milliari gallico a fluvio Hermuso in planitie sita. Herb.*

مانيغاپتن *mānyghā peten.* p. *n. propr. compos.* Nom. civitatis in Indiæ regione Oriſch. *Gih.*

ماو *meew.* a. 1) *V. act.* Ducere, diducere *corium. Wan.* 2) Extendere, dilatare *utrem.* 3) *n. ſ. pl. a* ماوة *meewet.* Terræ depreſſæ. *Gol.*

ماوا *meewā.* a. *n. ſ. pro* ماوي *meewā ſeu meewen.* 1) Manſio, ſedes, & locus commorationis. *Gol.* 2) Habitatio, habitaculum. *Dimora, habitazione, albergo.* ¶ ماوا كرفتن *meewā giriften.* Habitationem capere. *Caſt.* ماواسي جهنمدر *meewāſi ğehennemdür.* Manſio ejus & habitaculum infernus eſt. *La ſua dimora, & habitacolo e l'inferno. Tef.* ماواي خواقين *meewāī chæwākȳn.* Domicilium regum, principumve. *Reſidenza de' prencipi. Sæ.*

ماواع *meewāe.* a. *n. ſ.* Vehementia. *Gol.*

ماوات *meewāt.* a. 1) *V. act.* [F. 2.] Teneriore affectu propenſum & commotum eſſe, condolere, misereri. 2) *n. ſ.* Manſio, ſedes, habitaculum. *Wan.*

ماوب *meāwib.* a. *n. ſ. pl. a* ماب *meāb.* Loca redditus, quo *vel* unde quis revertitur. *Gol.*

ماوة *meewet.* a. *n. ſ. pl.* ماو *meew.* Terra depreſſa, ſolumve tale. *Gol.*

ماود *meewed.* a. *n. ſ.* Infortunia, mala. *Gol.*

ماور *māwer.* p. *contract. a* ميآور *mijāwer.* Non adfer. *Ferh.*

ماورا *māwerā.* a. *compos.* Quod pone, poſt *aut* trans eſt. *Quello che e dietro, doppo, ò dilà.* ¶ ماوراء صين *māwerāī sȳn.* Regio trans Sinas *ſeu* trans arenas fluentes. *Tef.* ماوراء النهر *māweräün-nehr.* Tranſoxana regio, *in Aſia trans fluvium Oxum,* جيحون *ğejhūn dictum. Prouinçia dell' Aſia maggiore.*

ماوز *meewezz.* a. *part.* Anſeribus abundans *locus. Gol.*

ماوصه *māwuſa.* t. *n. ſ.* Navis major oneraria. *Barca grande da portar mercanzie, ed altre robbe. Bern.*

ماوقع *mā wækæ-æ.* a. *compos.* Quod contigit, caſus. *Ciò che e accaduto, il caſo.* ¶ ما وقع هر نه ايسه ديردي *mā wækæ-æ her ne iſe dirdy.* Quicquid contingeret *aut* contingebat, referebat. ما وقعء تحرير ايتدي *mā wækæ-æi tæhrīr itty.* Quod contigit, ipſi perſcripſit. *Gli deſcriſſe il caſo. Eb.*

ماولق *meewlæk.* a. 1) *n. propr.* Nom. equi, *qui fuit Mubarreki, filii Amri. Wan.* 2) *part.* Mente captus, inſanus. *Gol.*

ماولمق *mawlamak.* t. *V.* Edere vocem felis. *Miagolare.*

ماوم *müewwem.* a. *part.* 1) Major, *ſeu* primarius populi. 2) Capito, qui magnum caput habet. *Wan.*

ماونه *mauna.* t. *n. ſ.* Triremis major. *Galeazza Turcheſca.*

ماوي *māwī.* a. 1) *n. ſ. dialecto marrocana* Amarilli ſpecies, multum ſucci habens. *Domb. Addit.* 2) *part.* In ما *mā* deſinens *carmen. Gol.*

ماوي *mawi.* t. *adv.* Cæruleus. *Turchino.* ¶ سود ماويسي *süd mawiſi.* Cyaneus color pallidus. *Turchino pallido.*

ماوي *meewā, ſeu meewen.* a. *n. ſ.* Manſio, habitaculum, quo quis de die & nocte redit. *Wan.*

ماوي *meewī.* a. *n. ſ.* Locus, ubi tantum cameli quieſcunt. ¶ ماوي الابل *meewīl-ibl.* Idem. *Wan.*

ماوي *meewīj.* a. 1) *n. ſ. pl. a* ماوية *meewījet.* Specula. *Gol.* 2) *part.* Aqueus. *Wan.*

ماوية *meewijet.* a. *V. act.* Teneriore affectu propenſum & commotum eſſe, condolere, misereri. *Wan.*

ماوية *meewījet.* a. 1) *n. propr.* Nom. mulieris. 2) *n. ſ. pl.* ماوي *meewīj.* Speculum. *Wan.*

ماه *māh.* a. 1) *n. propr.* Nom. loci. 2) *part.* Qui aqueo eſt corde, *ſive* ob humiditatem ſtomachi ſic dicitur, *ſive* puſillanimis, pavidus. ¶ ماه القلب *māhul-kœlb.* Stolidus, vecors. *Wan.*

ماه *māh.* p. 1) *n. propr.* Nom. duodecimi diei menſis ſolaris. 2) Nom. angeli, *qui lunæ & negotiis prædicti diei præeſt.* 3) *n. ſ.* Urbs, regio. 4) *uſit.* Luna. 5) Menſis. *Luna & meſe.* ¶ ماه شمسي *māhī śemsi.* Menſis ſolaris. ماه قمري *māhī kæmrī.* Menſis lunaris. ماه كبيسه *māhī kebīſet.* Menſis embolimæus. ماه نيايش *māhī nijājś. i. e. lunæ ſalutatio.* Preces apud perſas, *queis Deo gratias agebant propter lunam, quæ noctis obſcuritatem illuſtrat. Hyd. de rel. V. P.* ماه مزبورك بشنجي كونندة *māhī mezbūrün-beśingi güninde.* Prædicti menſis die quinta. *Alli cinque del detto meſe.* اشبو ماه رمضان *iśbu māhī ræmæzānī. . .* Hoc menſe Ramazano ſeu jejunii. *Queſto meſe di Ramasan. Ll.* ماه نو *māhī new.* Luna nova, novilunium. *Luna nuoua, il far della luna.* ماه چار ده شبه *māhī ćiār deh śebe.* Decima quinta lunæ, plenilunium. *Luna piena.* ماهرو و ماه پيكر *māhrū we māhpejker.* Facie lunæ ſimili præditus, formoſus. *Di bella faccia, come la luna. Sæ.* * *Expreſſ. ſig.* ماه دو هفته *māhī du hefte; h. e.* آيك اون دوردي *ājün-on dördī.* Decimus quartus menſis cujusvis. ماه سي روزه ناچيز و محو اولمش *māhī sī rūze; h. e. nā ćizü mæhw olmiś.* Res nihili facta, quæ evanuit, deleta eſt. ماه نو بروي او ديدم *māhī new berūj o dīdem.* Lunam novam in facie ejus vidi; *h. e.* انك سببيله نفع كوردم *anün-ſebebile nefȳ gördüm.* Ille mihi utilis, *aut* cauſa fuit, ut emolumentum in hoc negotio habuerim. ماه نو كردن بروي دوست *māhī new kerden berūj doſt. Alluſio eſt ad felicem ſucceſſum rei. Ferh.*

ماه آب *māh āb, & māhīāb.* p. *n. propr.* Auguſtus; *menſis. Ferh.*

ماهار *māhār.* p. *n. ſ.* 1) *in gen.* Capiſtrum. 2) *pec.* Habena cameli *pec.* oblongis loris, *qua plerumque utuntur, cum currui præmittuntur cameli. Ferh.*

ماه آفريد *māhāferīd.* p. *n. propr.* Nom. ancillæ Iregi, filii Feriduni, *ex qua mater Menuğehri, Tur nomine, nata fuit. Ferh.*

ماهان *māhān.* p. *n. propr.* Nom. loci in Choraſana *prope* مروشاهجهان *merw śāhğihān, qui etiam* ماخان *māchān ſcribitur. Ferh.*

ماه بركوهان *māh ber kūhān.* p. *n. propr.* Nom. modulationis muſicæ ex inventione celebris cytharedæ regis Chosrevi, *Barbut* dicti. *Ferh.*

ماه پروار *māh perwār.* p. *n. ſ.* Zedoaria; *radix. Cedoaria. Ferh.*

ماه پروين *māhperwīn.* p. *n. ſ. i. q. præc. Ferh.*

ماه بماه *māhbemāh.* p. *compos.* De menſe in menſem, ſingulis menſibus *quod ſolvitur ſolarium &c. Ferh.*

ماهة *māhet.* a. 1) *part. fæm. a* ماه *māh.* Quæ aqueo eſt corde, ſtolida, vecors. 2) Multum aquæ continens *puteus. Wan.* 3) *n. ſ.* Morbilli. *Gol.*

ماه تاب & ماهتاب *māhī tāb.* p. *n. ſ. compos.* 1) Lux, ſplendor lunæ. 2) *metaph.* Facies amaſiæ. *Ferh.*

ماهج *māhiğ.* a. *part.* Tenue *lac, vel* omentum. *Wan.*

ماهجم *māhğem.* a. *n. propr.* Nom. parvæ civitatis in Tehama, *Arabiæ regione. Abulf. deſcr. Arab.*

ماهچه *māhće.* p. 1) *n. diminut. a* ماه *māh.* Lunula. 2) *n. ſ.* Segmentum telæ quadratum, quod ſub axillis interulæ inſeritur. 3) *uſit.* Globus deauratus cum exiguo ſigno. 4) Lunula in cuſpide haſtæ, *aut* vexilli, *aut etiam* turris. *Il pomo d'una bandiera, ò d'una torre.* ¶ ماهچهء علم ظفر توام سلطاني شعاعي كوزلرين خيره و ضمير تزوير مصيرين تيره ايتدي *māhćei ælemī zæfer tew-āmī ſultāni śi-ā-ȳ gözlerin chȳre we zæmīrī tezwīr mæsȳrin tīre itty.* Globus ſuperior vexilli victorioſi regis oculos eorum radiis ſuis perſtrinxit, animoſque fallaces eorum conturbavit. امراي صف آراي الايلرين و وزراي اصف راي سرو بالالرين و پياده و سوار اجتماعن و اعلام و الويه ماهچهلرينك التماعن تماشا بيوروب شكر باري طريقنه جاري اولدي *ümerāī ſæf ārāj ālājlerin we wüzerāī aſæf rāj ſerwī bālālerin we pijāde wü süwār iğtimā-ȳn we æ'lāmü elwije māhćelerinün-iltimā-ȳn temāśā büjürüp śükrī bārī tærȳkyne ğiāry oldy.* Poſtquam cum oblectatione luſtravit principum præfectorumve ordinum compoſitorum pompoſam ſeriem, conſiliariorum miniſtrorumque prudentiſſimorum eminentia cupreſſorum inſtar capita, militum tam equeſtrium quam pedeſtrium congregatas turmas, ſignorum vexillorumque militarium cuſpidibus impoſitarum lunularum ſplendorem, Deo gratias agere cœpit. *Sæ.*

ماه دوزه *māhdūze.* p. *adj. compos.* Sanus, incolumis, integer. *Ferh.*

ماهر *māhir.* a. p. *adj.* 1) Acutus, ingenioſus, ſolers. 2) *pec.* Peritus natandi. *Gol.* 3) *uſit.* Præſtans, eximius, celebriſque in qualibet arte *aut* ſcientia. *Maeſtro, perito o celebre in qualche ſia profeſſione.* ¶ هر صنعتده ماهر *her ſæn-ætte māhir.* In omni ſcientia *vel* arte præcellens. *Eccellente in ogni ſorte di profeſſione. Eb.*

ماهرلك *māhirlik.* t. *n. ſ.* Præſtantia, artis peritia. *Preſtanza, maeſtria in qualche profeſſione.*

ماهرمه *māhreme.* p. *n. ſ.* Terebra, trepanum. *Trivelo. Ferh.*

ماهسام *māhsām, & māhīsām.* p. *n. propr. compos.* 1) Luna, quam ſapiens quidam, مقنع *miknæ'* dictus, præſtigio e puteo in monte, urbi *Nachśeb* vicino, سيام *sijām* compellato, prodire fecit, quæ per ſexaginta continuo noctes ad diſtantiam quatuor paraſangarum fulgorem ſuum diffudit. *Ferh.* 2) Nom. provinciæ in tranſoxana regione. *Caſt.*

ماهسيام *māhsijām, & māhīsijām.* p. *n. propr. compos. i. q. præc. Ferh.*

ماهكاشغر *māhkāśghær.* p. *n. propr. compos. i. q. præc. Ferh.*

ماهكانه *māhgāne, &* ماهكاني *māhgānī,* vel

vel māhīgānī. p. *n. ſ.* Menſtruum ſtipendium. *Meſata, paga ò ſalario d'un meſe. Ni*.*

ماهكش *māhīkeś.* p. *n. propr. compos.* Luna e puteo prope *Nackśeb a* مقنع *myknæ** ſapiente producta. *V.* ماهسام *māhīsām. Ferh.*

ماهل *māhil.* a. *part.* Properans, citus, præcedens. *Gol.*

ماهمزوّر *māhīmüzewwrer.* p. *n. propr. compos.* Luna arte quadam a ſapiente, مقنع *myknæ** dicto, e puteo producta. *Ferh.*

ماهن *māhin.* a. *part.* Famulus. *Gol.*

ماهناك *māhnāk.* p. 1) *adj.* Lunæ lumine illuſtratus. *Caſt.* 2) *n. ſ.* Lux, ſplendor lunæ. *Ferh.*

ماه نخشب *māhī næchśeb.* p. *n. propr. compos.* Luna e puteo prope *Nackśeb a* مقنع *myknæ** ſapiente producta. *Ferh.*

ما هو *mā hüwe.* a. *compos.* 1) Quid eſt hoc? 2) Id quod eſt. *Coſa e queſto?* & *ciò, che è.*

ماهو *māhū.* p. 1) *n. propr.* Nomen, quo principes Siſtaniæ compellari ſolebant. 2) *n. ſ.* Ornatus, ornamentum. 3) Quod reliqua animalia præcedit, animal, & homini primo obvium venit. *Ferh.*

ماهواره *māhwāre.* p. *n. ſ. compos.* Menſtruum ſtipendium, quod famulis ſolvitur.

ماهوبدانه *māhūbdāne.* p. *n. ſ.* Medicinale aliquod legumen, *aut* herba laxativa. *Ferh.*

ماهودانه *māhūdāne.* p. *n. ſ. compos. i. q. præc. Ferh.*

ماهور *māhūr.* p. *n. propr.* Nom. arcis montanæ in Indiæ regione دكن *diken. Gih.*

ماهول *māhūl.* p. *n. ſ.* Laqueus, quo capiuntur aves. *Ferh.*

ماهه *māhe.* p. *n. ſ.* 1) Forceps igniaria. 2) Terebra. *Ferh.* 3) Lumen lunæ, *ſeu* ſerenitas aeris nocturna. *Chiaro di luna, e delle ſtelle.*

ماهي *māhī.* a. *part. pro* ماحي *māhȳ.* Multa aqua perfundens. ¶ اول نواحيده ماهيء رسوم شركت اولغه مأمور اولغين *ol newāhȳde māhīi rüsūmī śerket olmaghæ meemūr olmaghin.* Quia juſſus erat multa aqua perfundere *ſeu* potius obliterare ſcripturas paganiſmi in illis diſtrictibus. *Sæ.*

ماهي *māhī.* p. 1) *n. ſ.* Piſcis. 2) *adj.* Lunaris. 3) Menſtruus. *Lunare, d'un meſe, & peſce.* ¶ ماهيلر اوينار *māhīler ojnār.* Palpitant, agitantur in aqua piſces. *Li peſci ſi dimenano. Eb.* ماهيء دام افتاده *māhīi dām üftāde.* Piſcis in rete illapſus. *Peſce caſcato nella rete. Ik.* ماهي كرفتن *māhī giriften.* Piſcari. *Peſcare,* ماهي صيدنه چقسه لر *māhī ſæjdine ćikſæler.* Si piſcandi cauſa exeant. *Sortiti per peſcare. Sæ.*

ماهيه *mā hije.* a. *compos.* Quod eſt *ſeu* ineſt. *Quel che è. Ik.*

ماهيابه *māhijābe.* p. *n. ſ. compos.* Gelatina piſcium *pec.* cum ſale inſolari ſolita. *Gelatina di peſci.*

ماهيان *māhijān.* p. *n. ſ. pl. a* ماه *māh.* Menſes. ¶ ماهيان و ساليان *māhijānü sālijān.* Menſes & anni. *Ferh.*

ماهيانه *māhjāne.* p. *n. ſ.* Stipendium menſtruum. *Ferh.*

ماهياوه *māhjāwe.* p. *n. ſ. compos.* Gelatina piſcium *pec.* cum ſale inſolari ſolita. *Ferh.*

ماهيت *māhijet. vul. māhije.* a. *n. ſ.* Qualitas, eſſentia, quidquid ineſt, valor *rei. Qualità, eſſenza, valore. Ik* ¶ برهي كفته خور سنكده ماهيتك معلوم اولدي *brehej küf-techor ſenün-de māhijetün mæ*lūm oldy.* Vah paraſite! quantum tu quoque valeas, innotuit. *Va pur ſciagurato, gia ſi conoſce, quanto vagli. Eb.*

ماهيچه *māhīće.* p. *n. ſ.* Genus cibi ex maſſa farinacea, *cujus ſegmenta jam oblonga jam larga juri incoquuntur. Ferh.*

ماهيچين *māhīćīn.* p. *n. ſ.* Cataractes. *Caſt.*

ماهيخرد *māhīchord.* p. *n. ſ.* 1) Gobius; *piſcis parvus. Ferh.* 2) Piſciculi. *Caſt.*

ماهيخوار *māhīchor.* p. *n. ſ. compos.* Andea. *Airone. Ferh.*

ماهيدان *māhīdān.* p. *n. ſ. compos.* Piſcina. *Ferh.*

ماهيريز & ماهيريزه *māhīrīz* & *māhīrīze.* p. *n. ſ.* Apua; *ſpecies piſcis. Ferh.*

ماهيز *māhīz.* p. *n. ſ.* Verbaſcum; *q. cauda bovina. Caſt.*

ماهي زاد & ماهيزاد *māhīzād.* p. *n. ſ.* Piſcium fœtura. *Razza di peſce.* ¶ ماهيزاد بودن *māhīzād būden.* Inſtar fœturæ piſcium eſſe. *Caſt.*

ماهيزرين *māhīzerīn.* p. *n. ſ. compos.* Piſcis in arenis degens, & in Indiis paſſim reperibilis, *qui adeo fortis eſſe dicitur, ut ad decem ulnas uſque terram perforare, & in eam penetrare poſſit; medici piſcem hunc cum ſcinco commutare ſolent. Ferh.*

ماهيزهر *māhīzehr.* p. *n. ſ.* Herba, turcis صغر قويروغي *syghyr kuirughy q. cauda bovina* dicta flavo flore, *quæ comminuta & in maſſam ſubacta, ſi in mare projiciatur, piſces eam deglutientes necat. Ferh.*

ماهي سيم *māhīsīm.* p. *n. ſ. compos.* Accipenſeris, *ſeu* ſturionis genus minus. *Caſt.*

ماهيشيم *māhīśīm.* p. *n. ſ. compos. i. q. præc. Caſt.*

ماهيكرد *māhīgird.* p. *n. ſ. compos.* 1) Rhombus, *piſcis.* 2) *aliis* Silurus. *Siluro. Ferh.*

ماهيكول *māhīgöl.* p. *n. ſ. compos* Ciprinus, carpio. *Ferh.*

ماي *māj.* p. 1) *n. propr.* Nom. loci *aut* regionis in China, a magia celebris, ubi multi faſcinatores. 2) Nom. regis Indiæ. 3) *contract. a* ميآي *mijāj.* Ne venias. 4) *n. ſ.* Animal mordax & venenoſum, ſerpenti ſimile. *Ferh.*

مائيّ *māī, ſeu māji.* a. *part.* 1) Aquaticus, aqueus. 2) Cæruleus, cyaneus *pec.* pallidus. *Di aqua, & turchino, che tira ſul' bianco. Wan.*

مأي *meej.* a. *V. act.* [F. 2.] 1) Extendere, dilatare *corium. Wan.* 2) Suſſurare. 3) Excitare inter aliquos *diſcordiam. Gol.*

مأي *mieen.* a. *n. card. pl.* مئون *mijūne* & مئات *mijāt.* Centum. *Gol.*

مايان *mājān.* p. *pronom.* Nos. *Caſt.*

ماية *mājet.* a. *n. ſ.* Amaya; *urbs Hiſpaniæ. Cas. Bibl. A. H.*

مائة *mīāit, miet* & *māit.* a. *n. card. pl.* مئون *mijūn,* & مئات *mijāt.* Centum. *Wan.*

مائت *māit.* a. *part. pl.* موتى *mewtā,* ميتون *mejtūne,* & ميّتون *mejitūne.* Moriens, moribundus. ¶ موت مائت *mewtī māit.* Mors gravis & fatalis. *Gol.*

ماية بيروبير *mājet bīrūbīr.* a. *n. propr.* Nom. civitatis in Africa, *cujus modernis temporibus nec minima rudera, niſi aliqui putei, conſpiciuntur. Domb. Addit.*

مائتان *mietān.* a. *n. card. dual. a* مائة *miet.* Ducenti.

مائتحلل *mājetæhællel.* a. *compos.* Id, quod concoctione *aut* liquefactione reſolvitur. *Ik.*

مائج *mājiğ.* a. *part.* 1) Fluctibus commotus. 2) Undas jactans. ¶ سيل هائج و بحر مائج كبي *ſejlī hājiğ we bæhrī mājiğ gibi.* Inſtar concitati torrentis *aut* undis agitati maris. *Sæ.*

مائح *mājyh.* a. *part. pl.* ماحة *māhæt.* Qui in puteum deſcendit, ut aquam petat, quam præ modica copia haurire nequit. *Wan.*

ماي خوش & مايخوش *mājchoś.* p. *adj. compos.* Subacidus. *Garbo e dolce, garbetto.*

مائدة *mājidet, māidet.* a. *n. ſ. pl.* موائد *mewājid.* Menſa parata, cibis inſtructa, *nam ſine cibis dicitur* خوان *chān, chūn. Tauola apparecchiata, menſa.* ¶ سورة المائدة *suretül-māidet.* Sura menſæ; *inſcriptio ſuræ corani, numero quintæ, quæ etiam* سورة العقود *sūretül-ūkūd. i. e.* ſura pactorum *dicitur. Marrac.*

مائر *mājir.* a. *part. pl.* ميّار *müjjār* & ميارة *mejjāret.* Qui ſuis commeatum *ſeu* frumentum aliunde petit, *aut* vendendi ergo tranſvehit. *Wan.*

مائر *māir.* a. *part.* Levis, & penetrans *ſagitta. Gol.*

ماير *mājor.* t. *n. ſ. ex hungarico* Prædium. *Villa.*

مائرة *māiret.* a. *part. pl. ſan.* Fluens *ſanguis. Wan.*

مائس *māis.* a. *part.* Qui inter eundum corpus in latera movet, qui ſuperbi eſt inceſſus. *Gol.*

مايس *majis,* & *majos.* t. *n. ſ.* Majus; *menſis. Maggio.*

مايسترة *maiſtrā.* t. *n. ſ. ex ital.* Artemon. *Maeſtrale, vela maeſtra.*

مايسيل *māiesil.* t. *n. ſ.* Hæmorrhois.

مايش *mājiś.* a. *part.* Mulgens. ¶ مايشات لعليّة و معانقات صدريّة *mājiśāti læ*līje we mū-ānekāti ſædrīje.* Mulctus, ſuctus labiorum, & applicationes pectorum pectoribus, *i. e.* oſcultationes & amplexationes. *Baci, ed abbracciamenti. Del.*

مايشقون *mājeśkūn.* p. *n. propr.* Nom. urbis in magna Tataria. *Gih.*

مائع *mājy*.* a. *part.* Fluidus, liquidus. *Gol.*

مائعة *mājy-æt.* a. *n. ſ.* Stacte, ſtorax. *Gol.*

مائق *māyk.* a. *part.* Inſipiens, fatuus, vecors. *Wan.*

مائل *māil.* a. 1) *part. pl.* مالة *mālet,* & ميّل *müjjel.* Inclinans, propendens. 2) Curvatus. 3) Vergens, deflectens. 4) Amans. *Gol.* 5) *n. ſ.* Orbis, deferens apogæum excentrici. *Chinato, propenſo, che tira a.., affettionato. Caſt.* ¶ مايل او، *māil ol.* 1) Inclinare propenſum eſſe. 2) Deflectere, declinare *ab aliqua re, ut a juſto. Inclinazione. affetto, dilettarſi.* هواسنه مايل *hewāſine māīl.* Proprio deditus appetitui. *Inchinato a ſuoi piaceri, dato a ſuoi capricci. Bern.*

مائلة *māilet* a. 1) *n. ſ.* Tuber *cameli.* 2) *part.* Magnus *arenarum cumulus.* 3) Valde ramoſa *arbor.* 4) *pl. ſan.* Quæ vacillante corpore incedit præ arrogantia *aut* protervia. *Gol.* ¶ كرهء مايله *kurreī māile.* Sphæra obliqua.

مايلتر *māilter.* p. *adj.* Propenſior. *Più affezzionato.*

مايلملك *mājelelemek.* t. *V.* Fermentare. ¶ مايلنمش *mājelenmyś.* Fermentatus.

مايلو *mailü.* t. *adj.* Liquidus, aqueus, ſuccoſus. *Liquido, ſuccoſo, aquoſo.*

مأيمة *meejemet.* a. *n. ſ.* Locus, qui perdit viros, & fœminas iis deſtituit, orbatque. ¶ الحرب مأيمة *el-hærbü meejemet.* Bellum.

مايمرغ *mājmer gh.* p. *n. propr.* 1) Nom. magni vici in tranſoxana regione, *in*

via, quæ ex Neſef Bocharam ducit. 2) Nom. oppidi in vicinia Samarkændæ. 3) Nom. loci in eadem tranſoxana regione ad ripam fluvii جيحون ǵejhun. Gih.

ماين mājen. p. n. propr. Nom. urbis in Perſide. Gih.

مايور major. t. n. ſ. ex hung. Prædium, villa. Villa, caſamento..

مايورقه majorka. t. n. propr. Majorca; inſula. Gih.

مأيوس meejūs. a. part. Deſperatus & ad deſperationem adactus. Diſperato, priuo di ſperanza. ¶ مأيوس اولمق meejūs ol. Deſperare, ſpe cadere. Diſperarſi, mancar, caderdi ſperanza. عون الهيدن مأيوس اولمق æwnĭ ilāhīden meejūs ol. Deſperare de gratia aut ope divina. Diffidare dell' ajuto di Dio. مايهٔ حياتدن مأيوس mājeĭ hæjātten meejūs. Spe vitæ deſtitutus. Diſperato della ſua vita. Sæ.

مايون mājūn. p. n. propr. Nom. vaccæ, cujus lacte rex Feridunus nutritus fuit, quæ etiam برمايون bermājūn dicitur. Ferh.

مايه māje. p. 1) n. propr. i. q. præc. 2) n. ſ. ni gen. Fœmina cujusvis animalis. 3) pec. Fœmella cameli. 4) Fermentum. 5) Quantitas, menſura. 6) Summa, ſeu ſors capitalis, unde lucrum fit ſubſtantiæ. Ferh. 7) Radix, principium, aut origo rei cujuſque, unde res ſimilis provenit, & præcipua cauſa. 8) Coagulum. 9) Semen virile. 10) Facultas, pecunia. 11) Fundamentum. 12) Animal, ad fœtificandum deſtinatum. 13) Præſtantior camelitis onerariæ ſpecies. 14) Odium, malevolentia. 15) Laqueolus globuli veſtiarii. Origine, fondo, eſſenza, ſomma capitale, fermento. ¶ مايهٔ سادسيه كلنجه mājeĭ sādiſeje ǵelinǵe. Uſque ad ſextam generationem. Sin' alla ſeſta generazione. Sæ. خموره مايه قومق chæmūre māje komak. Fermentum imponere maſſæ. مايهٔ زندكانم mājeĭ zindeǵānüm. Mea vita, ſeu vitæ meæ auctor, conſervator. Vita mia. Eb. سود مايه طوتمق sūd māje tutmāk. Lac concreſcere, coagulari. Quagliarſi il latte.

مايه‌خوش mājechoś. p. adj. compos. Gratus ſapore, dulcis ad acidum declinans. Caſt.

مايه‌دار mājedār. p. adj. compos. 1) Dives ſive ſubſtantia ſeu ſumma capitali, ſive ſcientia, ſive etiam arte. 2) Fermento mixtus panis, aut fermento prædita res quævis. Ferh.

مايه‌سز mājeſyz. t. adj. Azymus, non fermentatus. Azimo, ſenza lieuito.

مايه‌سيل majesil. t. n. ſ. Hæmorrhois, hæmarrhois. Emorroidi.

مايه‌كاو mājeǵāw & mājeiǵāw. p. n. ſ. compos. Bos, fœmina. Ferh.

مايه‌لو mājelü. t. adj. Fermentatus. Leuitato lieuito.

مب

مباءة mebāet. a. 1) n. ſ. Diverſorium, manſio hominum, ubicunque exiſtat. 2) Locus, in quo procumbunt cameli. 3) Cubile tauri ſylveſtris. Wan. 4) Sedes apum in monte. Gol.

مباثة mübāſſet. a. V. [3 a بثّ] Aperire & manifeſtare arcana propria. Gol.

مباثرة mübāſeret. a. V. [3 a بثر] Continuare, facere continuare. Comidas. Addit.

مباح mübāh. a. part. [4 a بوح] Cujuſque cupiditati permiſſa res. 2) Quod æquat utramque partem, ſeu communis juris eſt. 3) Indifferens, nec meritoria, nec demeritoria res. Coſa, ò azzione indifferente.

مباحات mübāhāt. a. 1) part. pl. præc. & q. fæm. Licitæ & indifferentes res. Coſe lecite ed indifferenti. 2) n. ſ. Licitæ honeſtæve feſtivitates aut voluptates. Guſti. ¶ ابتهاج و مباحاتله ibtihāǵü mübāhāt ile. Cum exultatione & voluptate, ſeu licita feſtivitate. Con allegrezza, e lecito paſſatempo. Ik.

مباحتة mübāhætæt. a. 1) V. [3 a بحت] Sincerum eſſe. 2) Purum & inpermiſtum eſſe. 3) n. ſ. Sinceritas. Gol.

مباحلق mübāhlyk. t. n. ſ. Indifferentia. Indifferenza. Bern.

مباحث mebāhys. a. 1) part. [3 a بحث] Diſputans, diſputator. 2) n. ſ. pl. a مبحث mebhæs. Loca ſcrutationis. ¶ مباحث البقر mebāhysül-bækær. Locus deſertus & incognitus, qui neſciatur, ubi ſit. Gol.

مباحثة mübāhæſet. vulg. mübāhæſe. a. 1) V. [3 a بحث] Diſputare, diſſerere. Diſputare, contraſtare, ſcommeter inſieme. 2) n. ſ. ipſa Diſputatio. ¶ مباحثات علوم ايتديلر mübāhæsātĭ ülum ittiler. De ſcientiis diſputationes inſtituerunt. Diſputarono delle ſcienze.

مباد mebād. p. compos. Ne ſit, abſit. Non ſia, non ſia mai.

مبادا mebādā. p. compos. i. q. præc. ¶ اوغلى ايدوكي اخفا ايلريديكه مبادا اخذ اتدروب مقدمهٔ تسخير حصار ايده‌لر oghly iduǵi ychfā ejleridy ki mebādā æchz ittürüp mukæddemeĭ teſchyrĭ hysār ideler. Celabat, filium ſuum eſſe, ne forte eum capi, quod abſit, curarent, & inde prætextum occupandi civitatem ſibi formarent. Celaua d'eſſer ſuo figliuolo, accioche non veniſſe preſo, e non cagionaſſe anco la preſa della città. Sæ.

مباداة mübādāt. a. V. [3 a بدو] Manifeſtare, & palam commonſtrare inimicitiam adverſus aliquem. Wan.

مبادّة mübāddet. a. V. [3 a بدّ] Permutatis mercibus exercere inter ſe mercaturam. Wan.

مبادر mübādir. a. part. [3. a بدر] Properans. ¶ مبادر اولمق mübādir ol. Properare. Affrettarſi. Sæ.

مبادرة mübāderet. a. 1) V. [3. a بدر] Properare. 2) Prævertere alterum. 3) n. ſ. Feſtinatio. 4) Aggreſſus, inchoatio. ¶ مبادرت ايتمك mübāderet e. 1) Properare. 2) Aggredi rem, inchoare, operam dare. Affretarſi intraprendere una coſa.

مبادلة mübādelet. a. 1) V. [3. a بدل] Permutare, commutare. 2) n. ſ. ipſa Permutatio, commutatio rei cum altera. Cambiamento, permutazione. ¶ ايلچيلرك مبادله‌سي ilćilerün-mübādeleſi. Permutatio legatorum, ut fit in confiniis cæſarei legati cum turcico. Cambio, ò permutazione degl' Ambaſciatori. Ll. مبادله ايتمك mübādele e. Permutare, commutare. Cambiare un con l'altro, barattare. Ll.

مبادهة mübādehet. a. V. [3 a بده] 1) De improviſo aggredi, vel ex tempore agere cum aliquo. Gol. 2) De improviſo eſſe aut fieri quid. Wan.

مبادي mebādi. a. n. ſ. pl. a مبدأ mebdee & مبدو mebdüü. Initia, principia. Principii. ¶ مبادئ دولتده mebādiĭ dewlette. In principiis regni. Dal principio del regno. Sæ.

مباذل mebāzil. a. n. ſ. pl. a مبذلة mibzelet. Veſtes neglectæ communis & quotidiani uſus, pec. pro opere faciendo indui ſolitæ. Wan.

مبارّ mebārr. a. n. ſ. pl. a مبرّ meberr, aut pro ſing. Beneficentia, beneficium, beneficia. ¶ نيچون عالم حياتده حقمزده ايثار مبارّه اقتدارلري آشكار ايكن نوالهٔ كرمدن بزي حصه‌دار ايتمديلر nićün ālemĭ hæjātte hækkumüzde īsārĭ mebārre yktidārlerī āśikār iken newāleĭ keremden bizi hyſſædār itmediler. Quare tempore vitæ, dum viverent, cum conſtet illos potuiſſe erga nos exercere beneficentiam, non fecerunt nos participes liberalitatis ſuæ. Ik.

مبار mibār. p. n. ſ. Saccus magnus diverſicolor, in quo fere frumentum condunt. Caſt.

مبار mübār. p. n. ſ. idiomate iſfahanico Farcimen. Ferh.

مباراة mübārāt. a. V. [3 a برا] Perficere rem aut negotium eo modo, quo alter fecit, ingerere ſe, & obeſſe illi. Wan.

مبارأة mübāreet. a. V. [3 a برأ] 1) Miſſum facere & dimittere, uti conſortem, cum ſolvitur communio. 2) Dimittere, repudiare uxorem. Wan.

مبارز mebāriz. a. n. ſ. pl. a مبرز mebrez, aut مبارزة mebārezet. Campi pugnæ, & ipſæ pugnæ. Campi di battaglia, cambattimenti. Sæ.

مبارز mübāriz. a. part. [3 a برز] Pugnator, accinctus nempe ad pugnam, & paratus. Combattente, valoroſo ſoldato, guerriere. ¶ بش يوز مبارز دشمن شكن beś jüz mübārizĭ düśmen śiken. Quingenti bellatores, hoſtium profligatores, fuſores. مبارزان ميدان دين mübārizānĭ mejdānĭ dīn. Bellatores, ſtrenui campi fidei defenſores. Li campioni, e difenſori valoroſi del campo della fede. Sæ.

مبارزة mübārezet. a. 1) V. [3. a برز] Prodire adverſus alium, deſcendere in arenam. 2) Certare, pugnare, bellare. Combattere, guerreggiare. 3) n. ſ. ipſum Certamen, bellum, pugna. Combattimento, querra. ¶ مبارزه‌يه مبادرت ايدنجك mübārezeje mübāderet idiǵek. Ad pugnam properantes. Correndo alla pugna. Sæ.

مبارق mebāryk. a. part. pl. a مبرق mübryk. Caudæ ſublato indicio ſe gravidas monſtrantes camelites. Wan.

مبارك mübārek. a. part. 1) Felix, fauſtus. 2) Benedictus, beatus. 3) Sacer, ſacratus. Felice, ſacro, benedetto, ſanto. ¶ مبارك فال mübārek fāl. Boni ominis, & augurii. Di buon augurio. مبارك ايتمك mübārek e. Felicitare, benedicere, ſecundare. Felicitare, proſperare, benedire, ſecondare. مبارك باد mübārek bād. Sit benedictum, ſeu quod felix, fauſtum, fortunatumque ſit. Sia pur felice, mi rallegro. منصبكز مبارك اولا mænſybün-üz mübārek ola, vel قوتلو اولسون kutlü olſun. Officium veſtrum ſeu nova dignitas ſit felix, novum officium tibi gratulor. Mi rallegro della dignità conferita ui. Ll. بيرامكز ايّام شريفكز مبارك اولا bejrāmün-üz, vel ejjāmĭ śerīfün-üz mübārek ola, vel ſæpe ſubaudito fere, ut apud nos, ايّام مبارك اولا mübārek ola, ſimpliciter ايّام شريف ejjāmĭ śerīf. Felix paſcha, aut tibi precor, augurorve feliciſſima feſta. Buone

feſte,

feste. Sic redeunti ex bello, aut victoriam consecuto solent dicere غزاكز فتح و فتوحكز مبارك اولسون ghazān-ŭz, vel fethu fütūhün-ŭz mübārek olsun. Gratulor tibi victoriam de hostibus reportatam. Mi rallegro della vostra vittoria. مبارك الني اوپدم دست مباركني بوس ايتدم mübārek elini öptüm, vel desti mübārekini bos ittüm. Benedictam, augustam, regiam ipsius manum deosculatus sum, (pro ratione personæ, de qua est sermo.) Gli ho baciato la mano. Ll. بر مبارك ساعتده عازم بغداد اولدي bir mübārek sā-ætte āzimi bægdād oldy. Hora felici profectus Bagdadum petiit. Eb. مبارك كون mübārek gün. Dies sanctus, festus. Giorno santo, festa. مبارك فيه mübārek fihi. Felix, faustus. Gol.

مباركة mübāreket. a. V. [3 a برك] 1) Benedicere Deum homini, prosperare eum. 2) Benedicere, ac bene precari hominem homini. 3) pass. Benedictum esse. Wan. ¶ بقلة المباركة bækletül-mübāreket. Intybus. Cas. Bibl. A. H.

مباركلك mübāreklik. t. n. f. 1) Benedictio. 2) Felicitas, faustitas, sanctitas. Benedizzione.

مباركلمك mübāreklemek. t. V. 1) Benedicere. 2) Felicitare.

مباركي mübārekī. p. n. f. 1) Benedictio. 2) Felicitas, faustitas, sanctitas. ¶ عين مباركي æjni mübārekī. Mera sanctitas & benedictio.

مبارم mebārim. a. n. f. pl. a مبرم mibrem. Fusi, quibus gyratis torquentur fila. Gol.

مباسطة mübāsætæt. a. 1) V. [3 a بسط] Verecundiam deponere, liberiorem, audaciorem esse. 2) Perfricare frontem. 3) n. f. Petulantia. 4) Læta conversatio, confessusve, exhilaratio aut hilaritas mutua. Lieta conversazione, rallegrarsi insieme. ¶ آوان مصاحبت و هنكام مباسطده تقرير كلام ايله عرض مرام ايدوب ايتدي āwānī musāhæbet we hengiāmi mübāsætætte tækrīri kelām ile ærzy merām idüp ejitty. Tempore colloquii & lætioris consessus inter colloquendum exposuit ipsi intentum suum, & dixit. Sæ. ı مباسطة mübāsætæt e. i. q. كستاخلق küstāchlyk e. Liberiorem, audaciorem ac verecundiæ expertem se præbere.

مباسق mebāsyk. a. n. f. pl. a مبسق mübsyk. Colostrum in ubere concipientes ante fœturam camelites. Gol.

مباسلة mübāselet. a. V. act. [3 a بسل] Invicem irruere, & in pugna impetum facere hostes. Wan. 2) Circumire hostem latus ejus captando. Gol.

مباسيق mebāsyk. a. part. pl. a مبسيق mübsyk. Colostrum in ubere concipientes ante fœturam camelites. Wan.

مباش mebāš. p. i. q. اولما olma. Ne sis. Non sii.

مباشر mübāšir. a. part. [3 a بشر] 1) Qui tractat, vel per se obit, aggrediturve negotium. 2) Qui congreditur cum fœmina, eamque init. Gol. 3) usit. Qui præest alicui operi, aut negotio, præfectus, procurator, inspector, commissarius. Intraprenditore, procuratore, commissario. ¶ ı مباشر mübāšir e. Substituere, commissarium aut administrandæ rei præfectum designare, curæ committere. Deputare, delegare, ordinare, dar commissione, e plenipotenza. ı مباشر mübāšir ol. Præesse alicui rei, operi, negotio. Aver l'incombenza di qualche cosa. هر مباشر اولدوغي كاري تكميل ايلدي her mübāšir oldughy kārī tekmīl ejledy. Omne negotium, cui præfuit, perfecit. Condusse sempre a perfezzione, quanto mai intraprese. Sæ. حجر مباشره hygrī mübāšire. Ab impacto ungulæ capillo similive re facile se lædens & male habens equa. Wan.

مباشرة mübāšeret. a. 1) V. [3. a بشر] Tractare, & ipsum per se obire negotium. 2) Congredi cum fœmina, inire cum ea. 3) n. f. Inchoatio, obitio negotii tractandi. 4) Præpositura, præfectura. 5) Commissio, plenipotentia. Cominciamento, cura d'una cosa, impresa, commissione, incombenza, procura. ¶ ı مباشرت mübāšeret e. c. c. dat. 1) Inchoare, aggredi, suscipere rem. 2) Inspicere, præesse rei, præfectum esse. Cominciare, intraprendere, pigliar l'incombenza di far una cosa. ضبطكه قادر اولمزسن فساده مباشرت ايدرسن zæptun-æ kādyr olmāzsyn, fesāde mübāšeret idersyn. Te continere non poteris, mala patrare incipies. Non potrai contenerti, comincierai à far del male. Eb. ı مباشرت فاحشه‌دن كف نفس mübāšereti fāhyšeden keffi nefs e. Continere se a rebus inhonestis. Ik.

مباءة mebāæ. a. n. f. Locus, quo quis confugit, refugium. Gol.

مباصرة mübāsæret. a. V. [3. a بصر] Eminus ex alto prospicere, & studere videre. Wan.

مباضعة mübāzæ-æt. a. V. [3. a بضع] Coire marem cum fœmina, inire eum. Wan.

مباطشة mübātæšet. a. V. [3. a بطش] 1) Vi & invitum prehendere, & cum vehementia rem quamque. 2) Conserere manus, confligere. Wan.

مباع mübāæ. a. part. [4. a بيع] Venum exposita & venalis res. Gol.

مباعدة mübā-ædet. a. 1) V. [3 a بعد] Removere. 2) Recedere. 3) n. f. Remotio. 4) Recessus, separatio, profectio ab invicem. Allontanamento, separazione, distanza. ¶ بيكانه لكي يكانه لكه و مباعدتي همخانه لكه bīgāneligi jegānelige we mübāædeti hemchānelige tebdīl bujurdiler. Peregrinitatem cum incolatu & distantiam mansionis cum indigenatu commutarunt; h. e. ex ignotis familiares, & ex remotis facti sunt contubernales. Sæ. التماس اولنور كه مساعده‌دن مباعده اوزره اولميوب امداد ايله تأكيد وداد و تجديد اتحاد ايله iltimās olünür ki müsā-ædeden mübā-ædede ūzre olmājüp jānetü imdād ile teekīdi widād we tegdīdi ittyhād idesyz. Obsecramus, ut a favore non recedentes subsidio nobis submisso amicitiam confirmetis ac renovetis. باب سعادت انتسابلرندن مباعده و عرض اطاعته عدم مساعده نشانهٔ سعادت و خاندان اقباله بدخواهلق ابو عادت دكلدر babi se-ādet intisāblerinden mubā-ædde we ærzy ytāæ-te ædemi müsā-æde nišānei se-ādet, we chānedānī ykbāle bedchāhlyk ejü ādet değül dür. A porta augusta recedere, nec assentiri exactioni obedientiæ, non est signum prosperitatis, domuique imperiali male velle, non est laudatum bonumve institutum. Gol.

مباعلة mubā-ælet. a. V. [3 a بعل] 1) Colludere, jocari cum conjuge. Wan. 2) Bene concordare conjugem cum conjuge, & blanditiis excipere, pec. fœmina maritum. Gol.

مباغاة mübāghæt. a. V. [3 a بغي] Scortari, mœchari.

مباغتة mübāghætet. a. V. [3 a بغت] 1) De improviso accidere, vel supervenire. 2) Inopinantem opprimere. Wan.

مباغمة mübāghæmet. a. V. [3 a بغم] 1) Modeste & leni voce loqui invicem. 2) Abrumpere vocem talem suam, neque extendere camelitem. Wan.

مباقاة mubākāt. a. V. [3 a بقي] De conservatione & superstite vita certare. Gol.

مباكاة mübākāt. a. V. [3 a بكا] 1) Flendo certare. 2) Plorare aliquem. Wan.

مباكرة mübākeret. a. V. [3 a بكر] Mane ad aliquem venire. Wan.

مبالات mübālāt. a. 1) V. [3 a بلو] Curare, respicere aliquem, metu, reverentia vel solicitudine ductum. 2) n. f. Consideratio attenta & seria, cura. Cura, attenzione, considerazione. ¶ قلة المبالاة kylletül-mübālāt. Incuria. Trascuragine, temerità. قتلده مبالاتي اولمايان kætylde mübālāti olmajan. Nihil curans aut nihili faciens hominem occidere. Che non ha riguardo ad uccider, chi si sia. Ik.

مبالدة mübāledet. a. V. [3 a بلد] Digladiari cum aliquo, invicem certare gladio vel fuste. Wan.

مبالصة mübālæsæt. a. V. [3 a بلص] Irruere in aliquem. Gol.

مبالطة mübālætæt. a. V. [3 a بلط] 1) Certare gladio cum aliquo. Wan. 2) Natando laborare natatorem. Gol.

مبالغ mebālygh. a. n. f. pl. a مبلغ meblægh. Summæ. Somme di contanti. ¶ مبالغ موفوره ويرديلر mebālyghy mewfūre wirdiler. Ingentem pecuniam illi dederunt. Gli diedero grosse somme di denaro. مبالغ عظيمه mebālyghy æzyme, & مبالغ كثيره mebālyghy kesire. Ingens pecuniæ summa. استانبول تكورنده مبالغ كثيره تحميل ايتديلر istambol tekürine mebālyghy kesīre tæhmīl ittiler. Imposuerunt constantinopolitano principi ingentem pecuniam solvendam. پاشا بالغك درونده اولان مبالغي بلع ايتدي pāšā balyghun-deründe olan mebālyghy bælª itty. Bassa inclusas in ventre piscis pecuniarum summas deglutivit, sibi servavit. Sæ.

مبالغة mübālæghæt. a. 1) V. [3 a بلغ] Studio & diligentia uti. 2) Summa tentare, nihil intermittere 3) n. f. apud gram. Intensio significationis. 4) usit. Amplificatio, exaggeratio, hyperboles. Amplificazione, esaggerazione, iperbole, assai, molto. ¶ مبالغه ايله mübālæghæ ile. Hyperbolice, amplificative, in superlativo. Iperbolicamente, con amplificazione, con giunta, con qualche cosa di più, assai assai. مبالغه ايله خسيس mübālæghæ ile chæsīs. Avarissimus, tenacissimus. Avarissimo. مبالغه ايله اسم فاعل mübālæghæ ile ismi fā-ÿl. Participium amplificativum, seu nom. actoris. مبالغه‌يه چقدي mübālæghæje čikty. Excrevit, nimium videtur. Ll. ı مبالغه mübālæghæ e. Amplificare, in efferenda aliqua re modum excedere, hyperbolice loqui. هر نه مدحله مذكور اولسه حد مبالغه‌دن دوردر her ne medhyle mezkūr olsa hæddi mübālæghæden dür dür. Qualicunque encomio efferatur, manet ab hyperbole procul dissitum. Sæ.

مبالهة mübālehet. a. V. [3 a بله] Insipienter ac stulte se gerere adversus aliquem. Gol.

ماپاموندي *māpāmūndī*. p. t. *n. ʃ. ex latino* Charta geographica. *Herb.*

مباني *mebānī*. a. *n. ʃ. pl. a* مبني *mebnī*. Fabricæ, ſtructuræ, ædificia. ¶ تعمير مباني خيرات *tæʼmīrī mebānīī chæjrāt*. Reparatio fabricarum piarum, *pec.* in pauperum *aut* religioſorum uſum deſtinatarum. *Il riparare le fabriche pie, monaſteri, ſpedali.* تأكيد مباني دوستي و محبت و تجديد لباس يكجهتي و مودت ايچون *teekīdī mebānīī doſtī wü muhæbbet we teğdīdī libāsī jekğiheti wü müweddet içiün*, *vel* تأكيد مباني وداد و اتحاد *teekīdī mebānīī widādü ittihād vel* تأكيد مباني وداد و تأسيس اساس صلح قرارداد ايچون *teekīdī mebānīī widād we teesīsī esāsī ʃulhy̆ kærār dād içiün*. Ad confirmandam amicitiæ ac benevolentiæ mutuæ ſtructuram, & ad ſolidanda *aut* corroboranda pacis ſtabilitæ fundamenta. *Per coltiuar l'amicizia, rinouar la buona corriſpondenza, e confermare la pace ſtabilita. Ll.*

مباوك *mübāwik*. a. *part.* Qui ſe immiſcet implicatve ſociorum *vel* vicinorum rebus. *Gol.*

مباهات *mübāhāt*. a. 1) *V.* [3 *a* بهي] Pulcritudine & decore, *aut* de laude ejus certare. 2) *in genere* Gloriari ac ſuperbire. 3) *n. ʃ. uſit.* Gloriatio *pec.* vana, ſuperbia. 4) Gloria, honor. *Vana gloria, gloriarſi, inſuperbire, & gloria, honore. Wan.* ¶ قدوم بهجت لزومني سرمايۀ مباهات و مفاخرت بلوب *kudūmī behğet lüzūmini ʃermājeī mübāhātü mufāchæret bilüp*. Lætum ejus & auſpicatum adventum cauſam fore ſuæ gloriæ & exaltationis arbitratus. *Stimò la uenuta del Prencipe ſua gran gloria. Sæ.*

مباهجة *mübāheğet*. a. *V.* [3 *a* بهج] De venuſtate certare, eaque gloriari. *Gol.*

مباهل *mübāhil*. a. *part. pl.* مبهلة *mübhelet*. Signi impreſſi, annuli per naſum trajecti, *aut* ligni uberibus affixi expers & libera *camelitis. Wan.*

مباهلة *mübāhelet*. a. 1) *V.* [3 *a* بهل] Execrari *alium.* 2) Mala precari ſibi invicem. *Comidas Addit.* 3) *n. ʃ.* Execratio. *Wan.*

مباهي *mübāhī*. a. *part.* [3. *a* بهي] 1) Gloriabundus, ſuperbus. 2) Vere glorioſus, eminens. *Vanaglorioſo, ſuperbo.* ¶ مباهي ا *mübāhī* e. Glorioſum reddere, exaltare. *Eſaltare, render glorioſo.* كمال التفات شاهي و اعزاز تكريم نامتناهي برله مباهي اولدي *kemālī iltifātī ʃāhi we yʼzāzī tekrīmī nāmütenāhi birle mübāhī oldy*. Magna æſtimatione regia & eximio honore ſibi ab eo exhibito exaltatus eſt. *Sæ.*

مبايضة *mübājæzæt*. a. *V.* [3 *a* بيض] Albedine certare & vincere. *Gol.*

مبايعة *mübājæ-æt*. a. 1) *V.* [3 *a* بيع] Contrahere, ſtipulari *aut* paciſci *cum alio* vendendo, emendo. 2) Obedientiam & fidem ſancire ac firmare. 3) *n. ʃ. uſit.* Commercium, negotiatio. *Traffico, vender l'un all' altro. Gol.* ¶ عهد مبايعت ا *æhtī mübājæ-æt* e. Fidem & obedientiam ſpondere ac firmare. *Promettere obedienza, e fedeltà. Tef.*

مباينة *mübājenet*. a. *V.* [3 *a* بين] 1) Diſcedere & ſe ſegregando relinquere. 2) Ab invicem ſeparari ac diſtingui. 3) Intercedere conjunctionis redintegrandæ ergo. *Gol.*

مبتدا *mübtedā*. a. *part.* [8 *a* بدا] Inceptum, inchoata *res.* 2) *apud grammaticos* Vox inchoativa propoſitionis, & *q.* per ſe ſtans, ſubſtantivum, *aut* ſubjectum, *uti* خبر *chæber* adjectivum, *ſeu* prædicatum. *Coſa cominciata, principiata, & principio. Wan.* ¶ مبتدا و خبر *mübtedā wü chæber*. Subjectum ac prædicatum, ſubſtantivum & adjectivum *pec.* in ſyntaxi, *nam in dialectica dicitur* مقدم و تالي *mukæddemü tālī*, *q.* antecedens & conſequens, *naturali enim ordine conſtructionis ſubſtantivum ſeu ſubjectum præponitur adjectivo ſeu prædicato. Ik.* المبتدأ *el-mübtedāü*. Nominativus *caſus. V. gram.*

مبتدر *mübtedir*. a. *part.* [8. *a* بدر] 1) Properanter accurrens *ad arma*, feſtinansque capeſſere *ea.* 2) Cum celeritate prehendens *aliquem* & obruens. *Gol.*

مبتدع *mübtedæʼ*. a. *n. ʃ.* Res nova, *ſeu* noviter adinventa. *Gol.*

مبتدع *mübtedyʼ*. a. *part.* [8 *a* بدع] Novum & inuſitatum quid proferens, faciensve, hæreſiarcha, & inventor. *Nuouatore, inuentor di coſe nuoue, Ereſiarca. Gol.* ¶ طايفۀ مبتدعه *tāifeī mübtedy-æ*. Novatorum turba. *Gl' innuouatori, ò inuentori di coſe nuoue nella religione, gl' Eretici. Ik.*

مبتدي *mübtedī*. a. *part.* [8. *a* بدا] Inchoans. ¶ مبتديا *mübtedijen*. Incipiendo, primum, per ſe & ultro. *Gol.*

مبتذل *mübtezel*. a. *part.* [8 *a* بذل] Pro viliore habitus, vilis factus, deſpectus. *Vile, ſprezzato, diſgraziato. Gol.*

مبترد *mübtered*. a. *part.* [8. *a* برد] 1) Qui ſe lavat frigida. 2) Qui frigidam bibit interioris æſtus ſedandi ergo. *Gol.*

مبترك *mübterik*. a. *part.* [8. *a* برك] 1) Genua flectens & ſic in pectore procumbens, *aut* demiſſum humi defigens pectus ſuum *camelus.* 2) Humi ſtratum pectori ſuo ſubjiciens. 3) Diligenter properans *pec.* in curſu. *Gol.*

مبترى *mübterā*. a. *part. paſſ.* [8 *a* برو] Aſciatus. *Gol.*

مبتري *mübterī*. a. *part.* [8 *a* برو] Præſecans, aſcians. *Gol.*

مبتزل *mübtezel*. a. *part.* [8 *a* بزل] Fiſſa, aperta *palmæ ſpatha erumpente flore. Gol.*

مبتسر *mübteſir*. a. *part.* [8 *a* بسر] 1) Intempeſtive faciens *quid.* 2) Facere volens. 3) Qui incipit *aut* aggreditur *rem.* 4) Qui ſumit aliquid, dum recens eſt. *Gol.*

مبتسل *mübteſil*. a. *part.* [8 *a* بسل] Mercedem capiens incantator ſerpentis. *Gol.*

مبتشر *mübteʃir*. a. *part.* [8 *a* بشر] Qui lætum nuncium accipit, accepitve. *Gol.*

مبتضض *mübtæzyz*. a. *part.* [8 *a* بضّ] Paulatim conſecutus, *quod debetur. Gol.*

مبتغي & مبتغا *mübtæghā*. a. *part.* [8 *a* بغا بغي] Quod expetitur, quæritur, requiritur, requiſitum. *Richieſta, eſſigenza, obligo. Gol.* ¶ مقتضاي اخوت و مبتغاي مروت اولدر كه *muktæzāī uchuwwet we mübtæghāī mürüwwet oldür ki*. Officium fraternæ amicitiæ & debitum humanitatis id requirit, ut. *Sæ.*

مبتقل *mübtækyl*. a. *part.* [8 *a* بقل] Herbas *ſeu* olera comedens *aut* ea depaſtus *aſinus. Gol.*

مبتكر *mübtekir*. a. *part.* [8 *a* بكر] 1) Diluculo ſurgens. 2) Qui multo mane venit. 3) Qui primos fructus, primitias rei accipit, & edit. 4) Qui a primo principio ſolennibus ſacræ orationis intereſt, audiens *ipſam* præfationem, خطبه *chutbæ* dictam, *qua laudant Deum & pro rege orant mohammedani. Gol.*

مبتكره *mübtekiret*. a. *part. fæm. præc.* Quæ primo partu marem genuit *fæmina. Gol.*

مبتل *mübtel*. a. *part.* [8 *a* بلّ] 1) Madens, rigatus. 2) Qui convaluit. *Gol.*

مبتل *mübtil*. a. *part.* Surculum habens ab ea ſeparari & transferri idoneum *palma, ſingulariter uſurpatur & pluraliter. Wan.*

مبتلى & مبتلا *mübtelā*. a. *part.* [8 *a* بلي] 1) Qui in malum *aut* calamitatem incidit. 2) Qui juramentum, & confeſſionem petit. 3) *pl.* مبتلين *mübteline*. Afflictus. 4) Comprobatus tentamine & experimento. 5) *uſit.* Affectus, obnoxius. *Afflitto, caduto in... ſoggetto a..* ¶ محنته بلايه مبتلا ا *myhnete, belāje mübtelā* ol. In malum *aut* calamitatem incidere, male cedere. *Cadere in un'infortunio, in miſeria. Sæ.* اچ اغريسنه مبتلا *iç aghryſine mübtelā*. Affectus dolore interno, *ſeu* ventris. *Soprafatto da dolori interni, ò di ventre.* مال دنيا جمع اتمكه مبتلا قلور *mālī dünjā ğemʼ itmeğe mübtelā kylur*. Reddit eos deditos conquirendis bonis *aus* divitiis mundanis. *Tef.* فقره مبتلا اولمش *fækre mübtelā olmyʃ*. In paupertatem lapſus. *Impouerito, caduto in pouertà, rouinato.* فرنك اويوزنه مبتلا ا *frenk ujuzine mübtelā* ol. Lue venerea infici. *Attaccarſi il mal franceſe.*

مبتلة *mübettelet*. a. *part.* Perfecta & exquiſita corporis forma ſive conſtitutione prædita *mulier, in qua carnes bene formatæ & æqualiter extenſæ, nec complicatæ; de viris non dicitur. Gol.*

مبتلع *mübtelæʼ*. a. *part. paſſ.* [8 *a* بلع] Deglutitus, abſorptus. *Gol.*

مبتلع *mübteliʼ*. a. *part.* [8 *a* بلع] Qui inglutit, deglutit non mandendo cibum, vorax, devorator. *Vorace, inghiottitore. Gol.*

مبتلي *mübtelī*. a. *part.* [8 *a* بلي] *i. q.* مبتلا *mübtelā*. Qui in malum, *aut* calamitatem incidit. &c. *V.* مبتلا

مبتني *mübtenī*. a. *part.* [8 *a* بني] 1) Qui conſtruit, ædificat, *aut* ſuperædificat. 2) Qui ſtructum *aut* ſtruendum dat, *aut* unde conſtruere poſſit. 3) Qui ſaginat. 4) *uſit.* Adſtructus, annixus, fundatus. *Gol.* ¶ نه علته مبتنيدر *ne ʒllete mübtenīdür*. Cui cauſæ innititur? *Per qual cagione? Sæ.* بر نكتۀ خفيه يه مبتني اولمق كورينور *bir nükteī chæfijeje mübtenī olmak görinür*. Videtur hoc eſſe myſterio *aut* conceptui recondito innixum. *Pare che ciò ſia fondato ſopra un concetto miſterioſo. Ik.*

مبتهج *mütehiğ*. a. *part.* [8 *a* بهج] Exultans, exhilaratus. *Rallegrato.* ¶ اكرام و تعظيم و احترام و تفخيم سلطان كريم ايله مبتهج اولوب نظر التفاتلرينه منظر و مزيد عنايتلرينه مظهر اولدي *ikrāmü tæʼzȳm we yhtirāmü tefchȳmī ʃultānī kerīm ile mübtehiğ olüp næzærī iltiʃātlerine mænzær we mezīdī ʒnājetlerine mæzhær oldy*. Honore & magnificentia a generoſo principe affectus & exhilaratus, factus eſt objectum ſingularis ejuſdem beneficentiæ, & æſtimationis. *Sæ.*

مبتهر *mübteher*. a. *part paſſ.* [8 *a* بهر] Qui innotuit in vulgus *ob fæminam, i. e.*

amoris, vel rei cum illa habitæ rumore. *Gol.*

مبتهر *mübtehir.* a. *part.* [8 *a* بهر] 1) Qui falſo attribuit & præter meritum imputat. 2) Aſſiduus *in precatione vel loquela.* *Wan.*

مبتهل *mübtehel.* a. *part. paſſ.* [8 *a* بهل] Male precatus. *Gol.*

مبتهل *mübtehil.* a. *part.* [8 *a* بهل] 1) Supplex gemenſque *in oratione,* ſupplicans. 2) Male precans. *Gol.*

مبتئس *mübteis.* a. *part.* [8 *a* بأس] 1) Contriſtatus, triſtis. 2) Sibi diſplicens ob adverſam fortunam, de ea querulus. *Wan.*

مبثوث *mebsūs.* a. *part.* 1) Diſperſus. 2) Diſſeminatus, divulgatus. *Mirk.*

مبثوثة *mebsūſet.* a. *n. ſ. pl.* مبثوثات *mebsūsāt.* Res diſperſa, divulgata. *Mirk.*

مبجل *mübeğğel.* a. *part. paſſ.* [2 *a* بجل] Magni æſtimatus, veneratione affectus. *Mirk.*

مبجل *mübeğğil.* a. *part.* [2 *a* بجل] Venerabundus, magni faciens. *Mirck.*

مبحث *mebhæs.* a. *n. ſ.* 1) Locus & tempus ſcrutationis, ubi quid eruere ſtudent. *Gol.* 2) Locus inquiſitionis & diſputationis. 3) *ipſa* Diſſertatio, inquiſitio. *Luogo ò tempo d'inquiſizione, di diſcorſo, di diſputa.* ¶ غيبتدن احتراز ايدوب فرضا غايب ايكن حاضر بيلوب تنهاسنده مبحث احوالن زبان زدهٔ تحقيق ايتدكده پس پردده محكيٌّ عنهي مستمع مقال و خبردار حال ملاحظه ايليه‌سن *ghæjbetten yhtirāz idüp ferzā ghāib iken hāzyr bilüp tenhāſinde mæbhæsĭ æhwālin zebān zedeĭ tæhkȳk ittükte pes perdede mæhkijün ænhī müſtemi-ȳ mekālü chæber dārī hāl mulāhæzæhæ ejlejeſin.* &c. Caveas ab obtrectatione, immo abſentem tanquam præſentem ob oculos habens, quando diſſertationem de rebus ipſius abſentis, verbis tuis veris, comprobas, imaginare tibi, eum pone cortinam latere & auſcultari, quæ de ipſo narrantur, & omnia ipſi nota eſſe. *Ik.*

محرّق *muhærryk.* a. 1) *part.* [2 *ab* حرق] Comburens, incendens. 2) *n. propr.* Agnomen cujuſdam Arabis, *Amru ibni haudek* dicti. 3) Agnomen familiæ *ſeu regum Gaſſanidarum, qui ab octavo hujus dynaſtiæ principe ğefnetul-æsghar, quod urbem Hiram, regum Hirenſium ſedem, incenderit, etiam* آل محرّق *āli muhærryk dicuntur. Wan.*

محرقة *muhrækæt.* a. *n. f. pl. ſan.* Holocauſtum. *Gol.*

محرك *muhrik.* a. *part.* [4 *ab* حرك] Commovens, concitator, ſvaſor. *Gol.*

محرّك *muhærrik.* a. *part.* [2 *ab* حرك] 1) Movens, commovens. 2) Notans vocali *conſonantem.* 3) *uſit.* Motivus, motor, concitator, ſuaſor. *Motore, incitatore, perſuaſore. Gol.* ¶ قوّة محركه *kuwweti muhærrike.* Potentia motiva. *Potenza, ò facoltà motiva, che dà il moto.* محرّك آلفتنه *muhærrikül-fitne.* Tumultuum excitator. محرّك فساد *muhærriki fesād.* Author mali, belli, tumultus. *Solleuatore, che cagiona guerra, ò ſoleuazione.* اول مسلكه محرّك اولوب *ol meslike muhærrik olūp.* Cum *eum* in illam vitæ diſſolutæ rationem pertaxerit, author fuerit. محرّك تند بـاد فسـاد تيمور اولدوغيچون *muhærriki tünd bādi fesādi timur oldüghy iciün.* Eo quod commotor turbinis belli Tamerlanici, authorque earum turbarum fuerit. *Sæ.*

محرم *mæhrem.* a. *part. pl.* محارم *mæhārim.* 1) Illicitum, nefas. *Gol.* 2) *uſit.* Arcani conſcius & particeps. 3) Conſors, conjux. 4) Cui حرم *hærem* patet, *ſeu* ad illud eſt via, *i. e.* cui patet aditus ad gynæceum *aut* loca ſanctiora, *ut pater, filius, &c. Conſapeuole, e partecipe del ſecreto.* ¶ نامحرم *nāmæhrem.* Extraneus, cui non licet accedere gynecæum *aut* arcani participem fieri. سرّينه محرم ايتدى انى *ſirrine mæhrem itty ani. Verſ.* Conſcium participemque fecit arcani ſui, in intimum ſuſcepit conſiliarium. *Lo fece ſuo conſiglier ſecreto.* همدم مجلس سلطاني و محرم اسرار نهاني ايديندي *hemdemi meğlisi ſultāni we mæhremi esrāri nihāni idindy.* Fecit eum commenſalem ſuum regium, & participem arcanorum ſuorum. *Sæ*

محرم *muhrim.* a. *part.* [4 *ab* حرم] 1) Prohibens. 2) Illicitum faciens. 3) Illicitus. 4) Ingrediens menſem ſacrum, quo vetita eſt pugna. *Wan.*

محرّم *muhærrem.* a. 1) *part. paſſ.* [2 *ab* حرم] Vetitus. 2) Venerandus dignitate ac inviolabili obſervantia. 3) Non concinnatum *corium.* 4) Non mollis *ſcutica, ſeu* non emollitus, *uti tractando & flectendo fit, nervus taurinus, qui pro flagello uſurpatur: utrumque quaſi* durum adhuc, novum & crudum. 5) Non manſueta *camelitis.* 6) *n. f. pl. ſan.* & محارم *mæhārim, ac* محاريم *mæhārīm.* Nomen primi menſis anni hegiræ, quo pugnare non eſt licitum. *Prohibito, venerando, ed il primo meſe, ò luna dell' anno dè Mahommetani. Gol.*

محرّم *muhærrim.* a. *part.* [2 *ab* حرم] 1) Vetans *aut* illicitum faciens ac dicens. 2) Non plane concinnans corium. 3) Firmiter ligans ſcuticam. *Gol.*

محرمات *mæhrümāt.* a. *n. f. pl. a* محرمة *mæhrümet.* Veneratione dignæ, inviolabilis obſervantiæ res. *Wan.*

محرّمات *muhærremāt.* a. *part. pl. fæm. a* محرّم *muhærrem.* Prohibitæ ac illicitæ res. *Coſe prohibite, illecite.* ¶ محرّمات ايشلمك *muhærremāt islemek.* Res *aut* actiones illicitas, lege prohibitas, committere. *Far coſe illecite. Tef.*

محرمة *mæhremet,* a. *n. f. pl.* محارم *mæhārim.* Res prohibita a Deo, ſacra & inviolabilis. *Wan.*

محرمة *mæhrümet.* a. *n. f.* 1) *pl.* محارم *mæhārim. i. q. præc.* 2) *pl.* محرمات *mæhrümāt.* Res veneratione digna, inviolabilis obſervantiæ. *Wan.*

محرمة *muhremet.* a. *n. f. pl.* محارم *mæhārim.* Uxor viri. *Gol.*

محرمه *mahrama.* t. *n. f. vulg. pro* مقرمه *mækrama.* Strophiolum.

محرنجم *mæhrenğim.* a. *n. f.* Numerus multus, numeroſitas. *Wan.*

محروب *mæhrūb.* a. *part. paſſ.* Bonis ſpoliatus. *Wan.*

محروت *mæhrūt.* a. *n. f.* Radix ſylphii laſerpitii. *Gol.*

محرور *mæhrūr.* a. *part. paſſ.* 1) Liber factus e ſervo. 2) Calidus natura, libidinoſus. 3) Iracundus. 4) Scriptus. *Gol.* ¶ محرور آلمزاج *mæhrūl-mizāğ.* Temperamenti ignei. *Di compleſſione ignea. Sæ.*

محروس *mæhrūs.* a. *part. paſſ.* Cuſtoditus, conſervatus. *Cuſtodito, conſeruato. Wan.* ¶ بيت محروس آلاحوالي *beiti mæhrūsül-hæwālī.* Domus, ambitu ſuo cuſtodita, circumcirca munita & clauſa. *Caſa ſerrata, e diſeſa dall entrar d'altri. Ik.* دستياري امداد باري ايله اهل جهادك كريبان حياتي پنجهٔ استيلاي دشمن بد نهاددن محروس ايدى *deſtjārī imdādi bārī ile ehli ğihādün-girībānī hæjāti pencei iſtīlāī dusmeni bed nihādten mæhrūs idy.* Ope divina militum fidelium vita ab unguibus prævalentis hoſtis maligni præſervabatur. ملك اسلامي لشكر ستمكر انكروس فتنهسندن محروس ايتمكيچون *milkī islāmī leśkeri ſitemgerī üngürūs ſitneſinden mæhrūs itmeğiciün.* Ad defendendum imperium orthodoxum a malis *aut* hoſtilitate violenti exercitus Hungarorum. *Per diffendere li paeſi fedeli dall' oſtilità dell' eſſercito Unghero. Sæ.*

محروسة *mæhrūſet.* a. *part. fæm. præc.* Præſervata, cuſtodita, inclyta *urbs aut metropolis. Città preſeruata, città grande, ò inclita. Wan.* ¶ محروسهٔ ادرنهده *mæhrūſeï edrenede.* In inclyta urbe Adrianopoli. *Nell'*

in-

inclita città d' Adrianopoli. Ll. بمدينهٔ بدون آلمحروسه *bimedīneĭ büdünil*, *vel el-mæhrūſe.* In inclyta *vel* præſervata urbe Buda. *Nell' inclita città di Buda.* ممالك محروسهٔ اسلاميّه ايچنده *memālikī mæhrūſeĭ islāmīje ićinde.* In imperio præſervato orthodoxo. *Dentro l'inclito imperio dè fedeli. Ll.*

محروض *mæhrūz.* a. *part. paſſ.* Sequior, deterior, rejectus. *Gol.*

محروف *mæhrūf.* a. *part. paſſ.* Inverſus, mutatus. *Cambiato, riuoltato.* ¶ معصيتمزله بزي مخذول و محروف قلمه *mæˣſyjetümüzle bizi mæchzūlü mæhrūf kylma.* Ne deſtituas, perdaſve nos ac invertas noſtris cum peccatis, propter noſtra delicta. *Tef.*

محروق *mæhrūk.* a. *part. paſſ.* 1) Combuſtus incenſus, conflagratus. 2) Cui reſectum eſt caput femoris circa nates *ſeu* coxæ inhærens, *aut* luxatum. *Abbruciato. Wan.* ¶ محروق او‌ *mæhrūk* ol. Uri, ardere, incendi, deflagrare. *Eſſer abbruciato, ardere.*

محروقة *mæhrūkæt.* a. 1) *part. fæm. præc.* 2) *n. f.* Fomes. *Eſca da far fuoco. Bern.*

محروم *mæhrūm.* a. *part. paſſ.* 1) Prohibitus, repulſam paſſus. 2) Vitæ adminiculo & meliore ſorte excluſus, infelix. 3) *contrar.* Venerabilis. *Gol.* 4) *uſit.* Privatus, fruſtratus, excluſus, expers. *Prohibito, fruſtrato, priuato. Wan.* ¶ محروم ا *mahrūm* e. c. c. *abl. rei.* Privare, fruſtrare, negare, excludere. *Priuare, eſcludere, ſpogliare.* دلگيرلكندن شرف خطابدن محروم قلدي *dilgīrliginden ſerefī chytābten mæhrūm kyldy.* Ex indignatione privavit illum honore alloquii, excluſit eum ab alloquio. *Ik.* محروم قالمق *mæhrūm kalmak.* Excludi, expertem manere. *Reſtar priuo.* بزي معاونتكدن محروم قلمغل *bizi muāwenetün-den mæhrūm kylmaghyl.* Tu nos ne deſtituas ſubſidio. *Non privarci del tuo ſoccorſo. Tef.* بري محروم قالدى *biri mæhrūm kalmady.* Nemo excluſus manſit. *Alcuno non reſtò ſenza, ò privo. Eb.* ميراثدن محروم ا *mīrāſten mæhrūm* e. Exhæreditare. دعا و ثوابدن بو كشي محروم ا *du-ā wü ſewābten bu kiśii mæhrūm* e. i. q. افروس ا *aforos* e. Excommunicare. *Scommunicare. Bern.*

محروملق *mæhrumlyk.* t. *n. f.* Privatio, excluſio. *Priuazione, eſcluſione. Ll.*

محرى *mæhrā, ſeu mæhren.* a. *part.* Conveniens & dignum. *Gol.*

محرى *mæhærī.* a. *n. f. idiomate Mauritaniæ* Dromedarius. *Höſt. rel. Mar. & Fes.*

محزّب *muhæzzib.* a. *part.* [2 ab حزب] In partes diſtribuens *pec.* in ſexaginta ſectiones *coranum. Gol.*

محزّز *muhæzziz.* a. *part.* [2 ab حز] Scalpens, perforans. *Gol.*

محزم *mæhzim.* a. *n. f.* Locus cincturæ *jumenti. Wan.*

محزم *muhzim.* a. *part.* [4 ab حزم] Cingulo ſubcingens *jumentum. Gol.*

محزن *muhzin.* a. *part.* [4 ab حزن] Contriſtans. *Ch'attriſta, affligge. Gol.*

محزّن *muhæzzin.* a. *part.* [2 ab حزن] *i. q. præc. Gol.*

محزون *mæhzūn.* a. *part. paſſ.* Contriſtatus, afflictus, triſtis. *Attriſtato, afflitto.* ¶ محزون ا *mæhzūn* e. Contriſtare. *Attriſtare.* محزون او‌ *mæhzūn* ol. Contriſtari, dolere, mœrere. *Ll.*

محس *mæhs.* a. *V. act.* [F. 3.] Confricare & depſendo concinnare *corium. Gol.*

محسّ *mihæſſ.* a. *n. f.* Pecten equi *ſeu* ſtrigil *ſive* ex ferro *ſive* ex ripha. *Gol.*

محسّ *muhiſſ.* a. *part.* [4 ab حس] 1) Sentiens. 2) Videns. 3) Pectinans. *Gol.*

محساب *myhsāb.* a. *n. f.* Telonium, menſa computatoria. *Banco da contare. An.*

محسب *muhsib.* a. *part.* [4 ab حسب] 1) Sufficiens. 2) Contentum reddens. 3) Iterans, ſæpiuſque dans. *Wan.*

محسّب *muhæſſeb.* a. *part. paſſ.* [2 ab حسب] 1) Qui recepit, quod ſatis fuit. 2) Cervicali ſuffultus. 3) Honorifice habitus, honoratus. *Gol.*

محسّب *muhæſſib.* a. *part.* [2 ab حسب] Dans, quod ſatis eſſet, & contentum reddens, ut dicat حسبي *hæſebī* ſufficit mihi. *Gol.*

محسبة *mæhſibet.* a. *V. act.* Putare, opinari. *Wan.*

محسّة *mæhæſſet.* a. *n. f.* 1) Res exurens, perdenſve *herbam.* 2) Podex, & *quidem* hominis. *Wan.*

محسّة *myhæſſet.* a. *n. f.* Pecten equi, *ſeu* ſtrigil. *Wan.*

محسر *mæhſer*, & *mæhſir.* a. *n. f.* Experimenti locus. ¶ كريم آلمحسر *kerīmül-mæhſer.* Experimento bene probatus. *Wan.*

محسر *muhſir.* a. *part.* [4 ab حسر] Hebetatus *viſus* præ multo intuitu, ac obtuſus, deficienſque. *Gol.*

محسّر *muhæſſer.* a. *part. paſſ.* [2 ab حسر] Moleſtiis affectus, deſpectus. *Gol.*

محسّر *muhæſſir.* a *n. propr.* Nom. loci in Mina penes Meccam. *Gol.*

محسرة *myhſeret.* a. *n. f.* Scopæ. *Gol.*

محسّل *muhæſſil.* a. *part.* [2 ab حسل]. 1) Minus faciens, quam oportet. 2) Abjiciens ſe ipſum. *Gol.*

محسمة *mæhſemet.* a. *n. f.* Res præcidens, *aut* cauterizans. *Gol.*

محسن *muhſin.* a. *part.* [4 ab حسن] 1) Bene faciens, bonum faciens. 2) Bene notans. *Chi fà bene, grazioſo. Gol.* ¶ كرماي محسنين *küremāĭ muhſinīn.* Magnates benefici ac liberales. *I ſignori generoſi, e grazioſi, liberali. Ik.*

محسنات *muhſenāt*, & *muhſināt.* a. *n. f. pl. fæm. præc.* Matronæ pulcræ, probæ, pudicæ, decoræ. *Matrone honorate. An.*

محسّن *muhæſſin.* a. *part.* [2 ab حسن] 1) Bene tractans & agens. 2) Approbans, laudans. *Gol.*

محسنة *mæhſenet.* a. *n. f.* Bene faciens, proficua *ſanitati* res. *Wan.*

محسني *mæhſenī.* a. *n. f.* Sciæna mahſena; *ſpecies piſcis. Forsk. deſcr. An.*

محسوب *mæhsūb.* a. *part. paſſ.* Computatus. *Contato, calcolato. Wan.*

محسور *mæhsūr.* a. *part. paſſ.* Retectus, laſſatus, obtuſus viſu. *Wan.*

محسوس *mæhsūs.* a. *part. paſſ.* 1) In ignem projecta, *aut* igne occiſa *locuſta. Wan.* 2) Certo perceptus *nuntius.* 3) Senſu percepta *res. Sentito. Gol.* ¶ دنيا سلطنتندن مأيوس و لباس مستعار حياتدن عار اتدوكلري امر محسوس اولمشدي *dünjā ſæltænetinden meejūs we libāsī müſte-ārī hæjātten ār ittükleri emrī mæhsūs olmyśdy.* Quod, ſpe amiſſa regnì hujus mundi, ipſum puderet uti commodato acceptis veſtibus vitæ, res erat ſenſu perceptibilis. *Sæ.*

محسوف *mæhsūf.* a. *part. paſſ.* 1) Mundati *dactyli* ſequioribus exemptis. *Gol.* 2) Abundans, ditatus. ¶ كثرت نعم ايله موصوف و مزارع بيشمار ايله محسوفدر *kesretĭ ni-ǣm ile newsūf we mezāri-ў bīśümār ile mæhsūftür.* Copia bonorum, *pec.* victum ſpectantium locupletata, & innumeris agris arviſque ditata eſt *regio. Abonda di viueri, hà campi arabili, e coltiuabili. Sæ.*

محسول *mæhsūl.* a. *part. paſſ.* Deſpectus, ſequior. *Wan.*

محسوم *mæhsūm.* a. *part.* Mali nutricatus, *vel* incrementi *infans. Wan.*

محش *mæhś.* a. *V. act.* [F. 3.] 1) Urere, uſtulare igne *cutem.* 2) Rodere, de-

corticare. *Wan.* 3) Modum excedere in venere *vel* cibo. *Gol.*

محشّ *mæhæś.* a. *n. f.* 1) Locus, fœno abundans. 2) *metaph.* Locus, bonis, commodiſque ſcatens. 3) Locus, ubi reponitur fœnum. 4) Saccus pabulatorius. *Wan.*

محشّ *myhæś.* a. *n. f.* 1) Inſtrumentum, quo reſecatur fœnum. 2) Rutabulum ferreum, quo commovetur ignis. *Wan.*

محشّ *muhyśś.* a. *part.* [4 ab حشّ] 1) Pabulans, *ſeu* pabulatum iens, conquirens, colligenſque حشيش *hæśīś.* 2) Areſcentem in utero fœtum habens *mulier*, *ſeu* cui in utero fœtus exareſcit. 3) Areſcens *in genere, aut* quæ exaruit *manus. Gol.*

محشا *myhśā.* a. *n. f. pl.* محاشي *mæhāśī.* Veſtimenti groſſioris genus, ſubligaculum panni albi, *aut* quod corpori circumjicitur operimentum. *Wan.*

محشاة *myhśāt.* a. *n. f. pl.* محاشي *mehāśī.* Amiculum hirſutum. *Wan.*

محشّة *mæhæśśet.* a. *n. f. pl.* محاشّ *mæhāśś.* Podex. *Wan.*

محشّة *myhæśśet.* a. *n. f.* Rutabulum. *Gol.*

محشر *mæhśer*, & *mæhśir.* a. *n. f.* 1) Locus congregationis. 2) Exitium gregis a calamitate anni. *Gol.* 3) Campus, ubi congregabuntur homines judicandi. *Luogo, oue ſi ſarà il giudizio uniuerſale. Ik.* ¶ اول صحراي واسع نمونهٔ محشر اولدي *ol ſæhrāĭ wāſiˣ nümuneĭ mæhśer oldy.* Campus ille vaſtus typus factus eſt campi, ubi fiet extremum univerſale judicium. *Quella vaſtiſſima campagna diuentò come quella del giudizio uniuerſale. Sæ.*

محشف *muhśif.* a. *part.* [4 ab حشف] Viles pravoſque dactylos proferens *palma. Gol.*

محشّف *muhæśśif.* a. *part.* [2 ab حشف] Contractis & conniventibus palpebris obducens *oculum ſuum*, *atque* ita intuens. *Gol.*

محشم *muhśim.* a. *part.* [4 ab حشم] 1) Magnifice & reverenter habens, qui reveretur. 2) Moleſtia & ira afficiens. *Gol.*

محشّم *muhæśśim.* a. *part.* [2 ab حشم] 1) Moleſtia & ira afficiens *in primis propinquiorem.* 2) Dicens, quod ægre audiat alter, perſtringens. 3) Pudore afficiens. *Gol.*

محشن *muhśin* a. *part.* [4 ab حشن] Malo odore corrumpens *utrem* ob rem diutius detentam. *Gol.*

محشو *myhśew.* a. *n. f. pl.* محاشي *mæhāśij.* 1) Veſtimenti groſſioris genus. 2) Sub-

bligaculum panni albi, *aut* quod corpori circumjicitur operimentum. *Gol.*

محشود *mæhśūd.* a. *part. paſſ.* Cujus ſervitio homines prompti. *Wan.*

محشوش *mæhśūś.* a. *part. paſſ.* Turgida latera habens *camelus. Gol.*

محشى *myhśā, ſeu myhśen.* a. *n. ſ.* Fartura, quæ ſubditur ad mentiendas ampliores mammas *vel* nates. *Wan.*

محشي *muhśī.* a. *part.* [4 *ab* حشي] Qui poſt ſe inſequentes alios habet. *Gol.*

محشّى *muhæśśā.* a. *part. paſſ.* [2 *ab* حشي] Marginalibus notis conſcriptus. *Gol.*

محشّي *muhæśśī.* a. *part.* [2 *ab* حشي] Limbo ac margine inſtruens *veſtem. Gol.*

محشية *muhśījet.* a. *part. fæm. a* محشي *muhśī.* Quæ poſt ſe alios inſequentes habet. *Wan.* ¶ محشية الكلاب *muhśījetül-kilāb.* Lepus. *Gol.*

محص *mæhs.* a. 1) *V. act.* [F. 3.] Currere *dorcadem.* 2) Jactare pedem ſuum *animal jugulatum.* 3) Concutere *terram pede ſuo.* 4) Excernere *merdam ſuam.* 5) A ſordibus purgare, purificare *aurum igne.* 6) Expolire, nitidam fulgentemque reddere *cuſpidem haſtæ.* 7) *part.* Fulgens, micans *fulmen, ſpecies apparens aquæ.* 8) Fugiens, aufugiens *a me.* 9) Validus corpore, durus natura *equus. Wan.*

محص *mæhys.* a. *part.* Detritis villis æquabilis & lenis *funis. Gol.*

محصّ *muhyſſ.* a. *part.* [4 *ab* حصّ] Dans *alteri* portionem ſuam. *Gol.*

محصاة *mæhsāt.* a. *part.* Lapillis & glarea abundans *terra. Gol.*

محصاف *myhsāf.* a. *part.* Celeriter præteriens *camelitis. Wan.*

محصّب *muhæſſæb.* a. *n. propr.* Nom. vallis prope Meccam. *Abulf. deſcr. Arab.*

محصّب *muhæſſyb.* a. *part.* [2 *ab* حصب] 1) Siliculis & glarea ſternens templum, areamve. 2) Ea in aliam conjiciens. *Gol.*

محصبة *mæhſæbet.* a. *n. ſ.* Locus, glarea abundans. *Gol.*

محصد *myhſæd.* a. *n. ſ.* Falx meſſoria. *Wan.*

محصد *muhſæd.* a. *part. paſſ.* [4 *ab* حصد] Firmiter contortus *funis. Wan.*

محصد *muhſyd.* a. *part.* [4 *ab* حصد] 1) Ad maturam meſſem perveniens *ſeges,* demeti idonea. 2) Firmiter torquens, plectenſve *funem.* 3) *in genere* Firmans. *Gol.*

محصّد *muhæſſæd.* a. *part. paſſ.* [2 *ab* حصد] Firmus plexu, contortuve *funis,* & mente *vir. Gol.*

محصر *muhſær.* a. *part. paſſ.* [4 *ab* حصر] 1) Prohibitus, impeditus. *Teſ.* 2) Arcte circumdatus, obſeſſus. 3) Anguſtis uberum foraminibus *aut* genitalibus prædita *camelitis.* 4) Conſtipato ventre. *Gol.*

محصر *muhsyr.* a. *part.* [4 *ab* حصر] 1) Arcte circumdans, obſidens. 2) Retinens, prohibens. 3) Anguſta uberum foramina *aut* genitalia habens *camelitis. Gol.*

محصرم *muhſærem.* a. *part.* Avarus. *Wan.*

محصف *myhſæf.* a. *part.* Celeriter præteriens *camelitis. Wan.*

محصف *muhsyf.* a. *part.* [4 *ab* حصف] 1) Firmo ſolidoque judicio tractans & ſtabiliens *rem.* 2) Firmiter torquens *funem.* 3) Velociter tranſiens *equus,* currens. *Gol.*

محصل *muhſyl.* a. *part.* [4 *ab* حصل] Primos ferens acerbiores dactylos *palma, aut* flaveſcentes eorum flores, &c. *Wan.*

محصّل *muhæſſæl.* a. *part. paſſ.* [2 *ab* حصل] 1) Collectus. 2) Acquiſitus, perceptus. 3) In ſummam redactus. *Raccolto, acquiſtato, ridotto in ſomma. Wan.* ¶ محصّلن سويلمك *muhæſſælin söjlemek.* Summam rei edicere, concludere. *Dar l'eſtratto della coſa, concludere.* سوزك محصّلي بودر *sözün-muhæſſælī budür.* Summa ſermonis hæc eſt. *La ſoſtanza del diſcorſo è queſta. Sæ.* محصّل الكلام *muhæſſælül-kelām,* & *uſit.* محصّل كلام *muhæſſælī kelām.* Collectio ac ſumma ſermonis. محصّل *muhæſſæl.* In ſumma, ut paucis rem complectar.

محصّل *muhæſſyl.* a. *part.* [2 *ab* حصل] 1) Producens, manifeſtum faciens. 2) Colligens. 3) Acquirens. 4) Legens *librum.* 5) Ad ſummam ac ſenſum redigens *orationem.* 6) *uſit.* Perceptor, collector vectigalium. *Riſcuotitor, eſattore.* ¶ بذل مال محصّل آمالدر *bezlī māl muhæſſylī āmāldür.* Impenſio pecuniarum viam ſternit ad conſequendum, quidquid impenditur. *Sæ.*

محصّلاً *muhæſſælen.* a. *adv.* In ſumma, ut paucis complectar. *Gol.*

محصّلة *muhæſſylet.* a. *part. fæm. a* محصّل *muhæſſyl.* Quæ colligit *terram mineralem mulier. Wan.*

محصن *muhſæn.* a. *part. paſſ.* [4 *ab* حصن] 1) Conjugio junctus. 2) Cuſtoditus. *Ammogliato, cuſtodito. Wan.*

محصن *muhsyn.* a. *part.* [4 *ab* حصن] Continens, pudicus. *Wan*

محصّن *muhæſſyn.* a. *part.* [2 *ab* حصن] 1) Muro cingens, muniens. 2) Aſſervans, cuſtodiens. 3) Continens. 4) Uxorem ducens. *Gol.*

محصنة *muhſænet.* a. *part. fæm. a* محصن *muhſæn.* 1) Conjugio juncta. 2) Cuſtodita a viro. 4) Continens, pudica *mulier. Wan.*

محصنة *muhſynet.* a. *part. fæm. a* محصن *muhſyn.* Continens, pudica, caſta *mulier. Wan.*

محصود *mæhsūd.* a. 1) *part. paſſ.* Demeſſus. 2) *n. ſ.* Meſſis. *Wan.*

محصور *mæhsūr.* a. *part. paſſ.* 1) Obſeſſus, detentus. 2) Tectus pulvinari, حصار *hysār ſeu hasār* dicto, *camelus. Gol.* 3) Compreſſus, reſtrictus. *Aſſediato, riſtretto.* ¶ بو مذكوره محصور دكل *bu mezküre mæhsūr degül.* Non reſtringitur ad prædicta, non tantum dicta continet, ſed plura. *Non ſi riſtringe a ciò che ſi è detto. Teſ.* مملكتي بر قاچ حصاره محصور و تصرّفي شيء قليله مقصوردر *memleketi bir kać hysāre mæhsūr we tæſærrüfi śejī kælīle mæksūr dür.* Dominium ejus reſtringitur ad aliquot urbes, & ditio *ſeu* poſſeſſio ad rem exiguam contrahitur. انكوريه حصارني محصور اتدي *enkürije hysārini mæhsūr itty.* Obſidione cinxit urbem Ancyram. *Aſſediò la città di Angura. Sæ.*

محصول *mæhsūl.* a. 1) *part. paſſ.* Id, quod provenit, ſumma; & quo res redit. *Gol.* 2) *n. ſ.* Proventus, meſſis, fructus terræ. *Prouento, raccolta, profitto, frutto.* ¶ ارتفاع محصول زماننده *irtifā-ȳ mæhsūl zemāninde.* Tempore meſſis *aut* invectionis ejus in horrea. *Nel tempo della raccolta. Ll.* اول معدندن محصول بي قياس جمع اولوردي *ol mæ'denden mæhsūlī bī kyjās ǵem' olurdy.* Ex illa fodina immenſi proventus colligebantur. *Da quella miniera ſi cauaua una grandiſſima entrata.* همان پرنج محصولندن *hemān pirinǵ mæhsūlinden.* Ex ſolo proventu oryzæ. *Dalla ſola rendita de' riſi. Sæ.* محصول مزرعهٔ عمر صد سالهلري اولان حبّات حسنات *mæhsūlī mezre-æ̆ī ümrī ſæd sāleleri olan hæbbātī hæſenāt.* Legumina *aut* frumentum piorum operum, quæ ſunt proventus arvi vitæ eorum centum annorum, *i. e.* quicquid in vita meriti centum annorum decurſu per pia opera ſua ſibi comparaverant. *Ik.*

محصولات *mæhsūlāt.* a. *n. ſ. pl. fæm. præc.* Proventus, ſegetes, fructus. *Prouenti, frutti della terra, acquiſti. Sæ.* ¶ اول موضعي جاي سكون و آرام ايدوب محصولاتني دلخواهكز اوزره ضبط و تصرّف ايدهسز *ol mewzæ-ȳ ǵiāī sükūnü ārām idüp mahsūlātini dilchāhün-üz üzre zæbtu tæſærruf ideſiz.* Illa loca, illam regionem vobis locum conſiſtentiæ & quietis efficite, & proventibus ejus pro libitu fruimini. *Sæ.*

محصولدار *mæhsūldār.* a. p. *adj.* Fructifer, opimus. ¶ محصولدار تيمار *mæhsūldār tīmār.* Commenda opima. *Commenda di gran rendita.* اون پاره حصار محصولدار توابعيله پيشكش اتمكي تعهّد اتدي *on pāre hysārī mæhsūldār tewābi-ȳ ile pīśkeś itmegi te-æ̆hhüd itty.* Decem urbes, proventum ferentes opimum, una cum dependentiis *ipſi* dono ſe oblaturum ſpopondit. *Promiſe di dar al rè dieci città con le loro rendite. Sæ.*

محصوللو *mæhsūllü.* t. *adj.* Fructifer, fertilis, opimus. *Fertile, fecondo.*

محصوم *mæhsūm.* a. *n. ſ. vulg. pro* محدوم *mæhtūm.* Infans &c.

محصون *mæhsūn.* a. *part. paſſ.* Munitus. *Fortificato. Sæ.*

محصي *muhſȳ.* a. *part.* [4 *ab* حصا] Pedere faciens. *Wan.*

محصي *muhsȳ.* a. *part.* [4 *ab* حصي] 1) Numerans. 2) Scribens. 3) Comprehendens, ſciens, noſcens. 4) Potens. *Gol.*

محض *mæhz.* a. 1) *V. act.* [F. 3.] 1) Lac merum propinare citra aquæ miſturam *aut* idem potare. 2) Sincerum commonſtrare *aut* præſtare amorem. 3) *part.* Plenus, purus ſincerus. 4) *n. ſ. comm. gen. dual.* & *pl.* Purus putus Arabs *ſcil.* genere. 6) Lac merum, nulla miſtum aqua *ſive* dulce *ſive* acidum. ¶ خير محض *chæjrī mæhz.* Bonum abſolutum & ſummum. *Gol.* محض رضاي خدا ايچون *mahzȳ ryzaī chodā ićiün.* Mere ad placendum Deo. *Puramente, per l'amor di Dio Ik.* محض قصور همّتدن ناشي *mæhzȳ kusūrī himmetten nāśī.* Ex mero defectu ſtudii *aut* favoris proveniens. *Propriamente per mancamento di coraggio, ò di fauore. Ah.* جراحتي محض راحتي بلوب *ǵerāhætī mæhzȳ rāhætī bilüp.* Vulnus pro mera quiete *aut* felicitate habens. *Sæ.* طرفكزدن محض رضا ويرلدوكنه حمل ايلهلريله *tæræfün-üzden mæhzȳ ryzā wirildügine hæml ejlemeleri ile.* Hoc prætexentes, quaſi ex veſtra parte mera illis licentia data ſit. *Attribuendo ciò ad un chiaro conſenſo voſtro. Ll.* اول فتوح جديده كه ظهور ايلمشدر محض عنايت الهي و معجزهٔ حضرت

رسالت پناهيدر حضرت *ol futūhȳ ğedide ki zuhūr ejlemiśtür mæhzȳ ȳnājeti ilāhī we mu'ğizel hæzreti risālet penāhīdür.* Illæ novæ victoriæ *aut* urbium expugnationes, quæ contingerunt, ſunt ex mera Dei gratia, miraculiſque prophetæ ejus. *Sæ.*

محضا *mæhzā ſeu* محضاً *mæhzan.* a. *adv.* Pure, mere, tantummodo, omnino ut, omnino idem ac. *Meramente, puramente, appunto. Ll.*

محضا *muhzā.* a. *n. ſ.* Rutabulum ligneum. *Wan.*

محضب *myhzæb.* a. *n. ſ.* 1) Rutabulum. *Wan.* 2) *metaph.* Concitator belli. *Gol.*

محضر *mæhzær.* a. *n. ſ. pl.* محاضر *mæhāzyr.* 1) Locus, quo quis ad aquam redit. 2) Locus, qui incolitur *vel* accolitur. *Gol.* 3) *uſit.* Conſpectus, præſentia. *Præſenza.* 4) Libellus ſupplex alicujus integræ communitatis. *Wan.* ¶ بو خبرلر سلطان ظفر رهبر محضرنه ايردي *bu chæberler ſultānī zæfer rehber mæhzærine irdy.* Hi nuntii ad præſentiam principis victorioſi pervenerunt. *Furono queſte nuoue riferite alla preſenza del rè.* شاه فريدون فر محضرنده *sāhī firīdūn fer mæhzærinde.* In conſpectu regis, Firiduno magnificentia paris. *In preſenza del re. Sæ.*

محضر *muhzyr.* a. *part.* [4 *ab* حضر] 1) Comparere faciens, *pec.* qui citat, adducit, ſiſtitque judici. 2) *uſit.* Accenſus, *etiam* militaris, apparitor, miniſterialis. *Sergente, sbirro del giudice, apparitore.* ¶ محضر اغا *muhzyr agha.* Præfectus cohortis prætorianæ *ſeu* Janiſſariorum, *qui reſidens apud ſupremum Vezirium & reſpective apud alios Baſſas, rebus totius militiæ illius attendit, & cui Janiſſarii, in reatu aliquo deprehenſi, traduntur, ut juxta eorum leges militares puniantur. Agente de' Gianizzeri appreſſo li Baſsa. Kan. Nam.*

محضرب *muhæzrib.* a. *part. quadril.* 1) Valde tendens *arcum.* 2) Valide conſtringens torquenſve *funem.* 3) Implendo diſtendens. *Gol.*

محضرم *muhæzrim.* a. *part. quadril.* Male pronuntians præſertim vocales *in ſermone. Gol.*

محضض *muhæzzyz.* a. *part.* [2 *ab* حضّ] 1) Incitans, inſtigans. 2) Avidum, cupidum reddens. *Wan.*

محضن *muhzyn.* a. *part.* [4 *ab* حضن] Contemnens præ ſe & vilipendens *Gol.*

محضور *mæhzūr.* a. *part.* 1) Qui ad domicilium fixum, *uti* oppidum *aut* pagum venit. *Gol.* 2) Noxium *aut* noxa affectum lac *vel* ovile. *Wan.*

محضير *myhzȳr.* a. *part. com. gen.* Multum currens *equus. Wan.*

محط *mæht,* & محطّ *mæhætt.* a. *n. ſ.* 1) Locus, ubi quis ex itinere deſcendit, deponitque ſarcinas. *Wan.* 2) Finis periodi, punctum. ¶ صوفيه شهرني محطّ سرادقات جاه وجلال ايلديلر *ſofijæ sehrini mæhættȳ ſerādykātī ğiāhü ğelāl ejlediler.* Ex urbe Sofia fecerunt caſtra regia, *ſeu* in ea conſtiterunt. *Sæ.*

محط *mæhæt.* a. *n. propr.* Nom. vici in Tehama, Arabiæ regione in valle cognomine in via a civitate بيت الفقيه *bejtül-fækȳh* verſus زبيد *zebīd. Nieb. deſcr. Arab.*

محطّ *myhætt.* a. *n. ſ.* 1) Inſtrumentum, quo pec. Arabes in brachiis ſuis figuras delineare & ſibi imprimere ſolent. *Gol.* 2) Inſtrumentum ferreum ligneum, quo figuræ ducuntur *præſertim* in corio. *Wan.*

محطّ *muhytt.* a. *part.* [4 *ab* حطّ] Puſtularum eruptione laborans *facies. Wan.*

محطب *muhtyb.* a. *part.* [4 *ab* حطب] Idonea putationi *vitis, vel* lignationi *arbor. Gol.*

محطمر *muhætmer.* a. *part. quadril.* Ira plenus, iratus. *Gol.*

محطوط *mæhtūt.* a. *part. paſſ.* Lumbos depreſſos, & æqualiter extenſos habens. *Gol.*

محطوطة *mæhtūtæt.* a. *part. fæm. præc. Gol.*

محظرب *muhæzreb.* a. *part. quadril.* 1) Valde tortus *funis.* 2) Durus corpore. 3) Vehemens lingua. 4) Acutus viſu. *Gol.*

محظور *mæhzūr.* a. *part. paſſ.* Vetitum, illicitum. *Wan.*

محظورات *mæhzūrāt.* a. *part. pl. fæm. a* محظورة *mæhzūret.* Res vetitæ, vetita. *Tef.*

محظوظ *mæhzūz.* a. *part. paſſ.* Oblectatus, recreatus, lætus, contentus. *Rallegrato, conſolato. Wan.* ¶ حركتكزدن و عرض محبت و قونشولغكزدن زياده محظوظ اولمش ايزدر *hæreketün-üzden we ærzȳ muhæbbetü kon-sūlyghün-üzden zijāde mæhzūz olmyś izdür.* Ex veſtro procedendi modo, ex demonſtratione amicitiæ ac bonæ vicinitatis, quam exhibuiſtis, maximam percepimus conſolationem & lætititiam. اول بابده محظوظ اولمز مقرّردر *ol bābte mæhzūz olmamuz mukærrer dür.* Certum eſt, nobis id fore gratiſſimum. *Certo è, che quel particolare ci recherà non poca conſolazione. Ll.* بو مقوله اشياء خسيسه دن محظوظ و منتدار اولق علامت ميلان مال و نشان رغبت دنيا ايدوكي محقّقدر *bu mækūle eśjāī chæsīſeden mæhzūzu minnet dār olmak ælāmetī mejelānī māl, we niśānī ræghbetī dünjā idügi muhækkæktür.* Hujusmodi rebus vilibus delectari, & ob eas obligatum ſe commonſtrare, ſignum profecto eſt cupiditatis divitiarum, indiciumque addictionis mammonæ. *Ik.* ممنون و محظوظ الخاطر *memnūnü mæhzūzul-chātyr.* Obligatus, recreatus. *Ll.* غير محظوظ *ghæjrī mæhzūz.* Minime gratum habens. *Mal contento, diſpiaceuole. An.*

محظي *muhzȳ.* a. *part.* [4 *ab* حظي] Præferens *alium,* & favens ac benefaciens *ei ſupra alium. Gol.*

محفّ *muhyff.* a. *part.* [4 *ab* حفّ] 1) Intricans comam *aut* intricari ſinens ob neglectam unctionem. 2) Onerans plus ſatis *jumentum. Gol.*

محفّة *myhæffet.* a. *n. ſ.* 1) Vehiculi muliebris genus, ſimile pilento camelino, quod هودج *hewdeğ* dicitur, *ſed illud non eſt concameratum.* 2) *aliis* Lectica geſtatoria. *Wan.*

محفد *mæhfid.* a. *n. ſ.* 1) Stirps, genus *cujusdam.* 2) Radix tuberis camelini. 3) Tela ſtriata. *Wan.*

محفد *myhfed.* a. *n. ſ.* Vas, ſcypho ſimile, quo menſuratur frumentum. *Gol.*

محفد *muhfid.* a. *part.* [4 *ab* حفد] 1) Properans inceſſu *camelus, ſtruthio, etiam* ad famulandum *homo.* 2) Ita properare faciens, jubenſve. *Gol.*

محفّس *muhæffis.* a. *part.* [2 *ab* حفس] 1) Commovens ſe in lecto. 2) Disjunctus, diſgregatus. *Gol.*

محفّض *muhæffyz.* a. *part.* [2 *ab* حفض] Projiciens, abjiciens. *Gol.*

محفظ *muhfyz.* a. *part.* [4 *ab* حفظ] Ad iram provocans. *Gol.*

محفظة *mæhfæzæt.* a. *n. ſ.* Reconditorium. *Magazino.* ¶ محفظهٔ ادراك *mæhfezæī idrāk.* Ubi memoria *aut* intellectu quid percipitur ac retinetur. *Gol.*

محفّف *mühæffif.* a. *part.* [2 *ab* حفّ] 1) Texens *veſtem.* 2) Inopia preſſus, in re anguſta conſtitutus. *Gol.* 3) Operiens, cingens *veſtem.* 4) Evulſis pilis glabram reddens faciem *mulier. Wan.*

محفل *mæhfil.* a. *n. ſ. pl.* محافل *mæhāfil.* 1) Locus, tempuſque congregationis. 2) Conſeſſus, conventus, chorus. 3) Prætorium, tribunal, pulpitum, exedra. *Luogo di radunanza, aſſemblea, pergamo, pulpito, tribunale. Ll.* ¶ محفل قضا *mæhfilī kæzā.* Tribunal, prætorium. *Tribunale, luogo di giuſtizia.* چونكه اول منزل كرامه انيس و محفل عظامه جليس اولدم *çünki ol menzilī [meğlisī] kirāme enis, we mæhfilī ȳzāme ğelis oldüm.* Poſtquam ego ſodalis factus ſum procerum illorum conſeſſus, aſſeſſorque illius magnatum conventus. *Sendo ſtato ammeſſo nella compagnia, e converſazione, ò aſſemblea di quei grandi. Ah.*

محفّل *muhæffel.* a. *part. paſſ.* [2 *ab* حفل] 1) Adornatus. 2) Per aliquot dies non mulſa *ovis,* ut lactis abundantior appareat tempore venditionis. *Wan.*

محفّلة *muhæffelet.* a. *part. fæm. a* محفّل *muhæffel. i. q. præc. Wan.*

محفود *mæhfūd.* a. *part. paſſ.* Cui alii inſerviunt, dominus. *Wan.*

محفور *mæhfūr.* a. 1) *part. paſſ.* Cavos exeſoſve habens dentes. *Wan.* 2) Sculptus. 3) *n. ſ.* Stigma. *Gol.* ¶ اللفت المحفور *el-liftul-mæhfūr. idiomate Mauritaniæ* Rapæ genus parvum, *cujus color colori pomi terræ ſimilis eſt. Domb. Addit.*

محفوظ *mæhfūz.* a. 1) *part. paſſ.* Aſſervatus, conſervatus, cuſtoditus, tutus. 2) Qui *vel* quod ſervatur & memoria tenetur. *Guardato, ſeruato, preſeruato, cuſtodito. Wan.* ¶ محفوظ اولمق *mæhfūz ol.* Servari, conſervari, præſervari. *Eſſer conſeruato.* بو اطرافي محفوظ ملاحظه ايدوب *bu ætrāfī mæhfūzæ mülāhæzæ idüp.* Illas partes, locum illum tutum & præſervatum exiſtimans. *Sæ.*

محفوف *mæhfūf.* a. *part. paſſ.* 1) Opertus, cinctus. 2) *pec.* Neceſſitate preſſus. *Neceſſitoſo, biſognoſo.*

محفي *muhfī.* a. *part.* [4 *ab* حفي] 1) Nudis pedibus, diſcalceatus, *aut* diſcalceans. 2) Tondens accurate *myſtacem ſuum,* & concinnans *barbam.* 3) Jumentum habens eroſa cute. 4) Multam adhibens diligentiam in ſermone, *vel* in interrogando. 5) Diſputans, diſquirens, diligenter de ſtatu alicujus percunctans. 6) Benevolus, favenſque. *Gol.*

محفية *mæhfijet.* a. *n. ſ. idiomate marrocano* Paropſis magna, *in quam cuſcus, cibum ſuum ordinarium, ponunt Mauri. Domb. Addit.*

محق *mæhk.* a. *V. act.* [F. 3.] 1) Abolere, delere. 2) *pec.* Benedictione privare *aut* deſtituere; *de Deo.* 3) Urere, exurere; *de calore. Wan.*

محقّ *muhykk.* a. *part.* [4 *ab* حقّ] 1) Cer-

Certo cognoſcens, dignoſcenſque. 2) Neceſſarium faciens. *Gol.*

محقان *myhkān.* a. *part.* Qui diutius retentam urinam affatim reddit. *Wan.*

محقب *muhkyb.* a. *part.* [4 *ab* حقب] 1) Conſtringens ſub ventre *camelum* fune, *qui* حقب *hækæb dicitur.* 2) Pluviæ inopia laborans *annus. Wan.*

محقد *muhkyd.* a. *part.* [4 *ab* حقد] 1) Faciens, ut quis male velit, odio habeat. 2) Qui quærit mineram, nec invenit. *Gol.*

محقر *muhkyr.* a. *part.* [4 *ab* حقر] Contemptui habens. *Sprezzatore, ſpregiatore, diſpregiatore. Wan.*

محقّر *muhækkær.* a. *part. paſſ.* [2 *ab* حقر] Contemptui habitus, depreſſus, vilis. *Sprezzato, ſpregiato, auuilito, abbaſſato. Wan.*¶ کمتر غبار آستانن توتیای دیدهٔ جان و محقّر کیاه راه بوستانن کلبرک مطرّای روضهٔ رضوان بلور *kemter ghubārĭ āſitānin tūtijāĭ dīdeĭ ğiān we muhækkær ğijāhĭ rāhĭ boſtānin ğülberğĭ mutærrāĭ ryzweĭ ryzwān bilür.* Vel minimum pulverem liminis aulæ ejus tutiam oculorum animæ exiſtimat, & *vel* viliſſimam herbam areæ *aut* tritæ viæ horti ejus tanquam frondem roſæ recentis hortorum paradiſi reputat. *Ik.* یار بدکرداردن عون خدایه التجا ایلك که سزدن بر کمتر عثره و محقّر هفوه صدورندن آکاه اولیجق اشاعه قیلوب هزاران حسنات مقبوله‌کزی کتم و اخفا ایدر *jārĭ bedğirdārden æwnĭ chudāje iltiğiā ejlen-ki ſizden bir kemter æſre we muhækkær hefwe ſudūrinden āğāh olyğiak iśā-æ kylüp hezārān hæſenātĭ mækbūlen-üzy ketmü yehfā ider.* A ſocio malo ac nequitiæ dedito confugite ad Deum, *ut nempe vos ab eo liberet præſervetque,* quia ſi reſciat, advertatve, prodire ex vobis *vel* minimam ceſpitationem linguæ, *aut* leviſſimum male prolatum verbum, id ſtatim publicabit, millena autem acceptabilia opera bona veſtra ſupprimet, ac celabit. *Ik.*

محقّرات *muhækkærāt.* a. *n. ſ. pl. a* محقّره *muhækkæret.* Res viles. *Wan.*

محقره *mæhkæret.* a. *V. act.* Contemptibilem cenſere, *aut* contemptibilem eſſe. *Wan.*

محقّره *muhækkæret.* a. *n. ſ. pl. ſan.* Res vilis. *Coſa vile, da niente. Wan.*

محقّق *muhækkæk.* a. *part paſſ* [2 *ab* حق] Verificatus, certus, confirmatus, ratus, notorius. *Vero, certo. Wan.*¶ محقّق ا *muhækkæk* e. Verificare, confirmare, autenticare. اولمق امر محقّقدر *olmak emrĭ muhækkækdür.* Certum eſt, eſſe *vel* fore. مقرّر و محقّقدر *mukærrerü muhækkækdür.* Certum & indubitatum eſt. *E' certo, veriſſimo.*

محقّق *muhækkyk.* a. *part.* [2 *ab* حق] Verificans, affirmans. *Wan.*¶ تحقیق کردهٔ محقّقین پاك آیین در که *tækkyk kerdeĭ muhækkykynĭ pāk ajīn dür ki.* Certificatur atque confirmatur ab indagatoribus veritatis ac ſapientibus bene moratis, doctiſque viris. میان محقّقینده شایع و مشهوردر *mijānĭ muhækkykynde śājy-ü meśhūrdür.* Inter ſapientes vulgatum ac notorium eſt. *Ik.* دولت عثمانی خداداد ایدوکین محقّقدر *dewletĭ ōsmānī chudādād idügin muhækkyktür.* Confirmat imperium Ottomanis a Deo datum. *Ciò verifica, che l'Imperio Ottomano è coſa da Dio data. Sæ.*

محقن *myhkæn.* a. *n. ſ.* 1) Uter, cui lac inditur, *vel* ut oxygalæ affuſum illi ſimile reddatur, *vel* ut ex eo eliciatur agitando butyrum. 2) Inſtrumentum, quo corpori injicitur clyſter. *Wan.*

محقن *muhkyn.* a. *part.* [4 *ab* حقن] Cohibens urinam. *Gol.*

محقوّ *mæhkūww.* a. *part.* Dolore ventris laborans. *Wan.*

محقوق *mæhkūk.* a. *part. paſſ. pl.* محقوقون *mæhkukūn.* Dignus, aptus. *Gol.*

محك *mæhk.* a. *V. act.* [F. 3.] Rixari, moroſum eſſe. *Wan.*

محكّ *mæhækk.* a. *n. ſ. vulg. mehenk.* Lapis lydius. *Paragone.*¶ محكّه اورمق *mæhække (vulg. mehenğe) urmak,* محكّه چالمق *mæhække ćialmak,* محكّه چكمك *mæhække ćekmek.* Affricare lapidi lydio, eo probare *aurum, argentum.* &c. هر برینی محكّ تجربه‌یه چكدیلر جمله‌سنده یكسان چقدیلر *her birini mæhækkĭ teğribeje ćektiler ğiümleſinde jekſan ćiktyler.* Unumquemque eorum lapidi lydio probationis applicuerunt, in omnibus ſimillimi immo unum viſi ſunt. *Eb.* * *Expreſſ. fig.* محكّ زر ایمان *mæhækkĭ zerĭ imān*; *h. e.* حجر الاسود *hæğril-eswed.* Lapis niger ſitus in yrakenſi angulo Cabæ; *q. lapis lydius ad probandum aurum veræ fidei. Ferh.*

محك *mæhyk.* a. *part.* Rixoſus, rixator. *Gol.*

محكّ *muhækk.* a. *part.* Ad quem fricant ſe animalia *palus. Gol.*

محكان *mæhkān.* a. *part.* 1) Rixoſus. 2) Difficilis indole & moroſus *vir. Gol.*

محكد *mæhkid.* a. *n. ſ.* 1) Origo, radix, principium. 2) Refugium, aſylum. *Wan.*

محكد *muhkid.* a. *part.* [4 *ab* حكد] 1) Suppoſita columna palo aliove fulcimento ſuſtinens, firmans. 2) Retrolatus, recedens *a negotio. Gol.*

محكّك *muhækkik.* a. *part.* [2 *ab* حكّ] Scabens, fricans, radens & quidem bene. *Gol.*

محكّك *muhykkek.* a. *n. ſ.* Palus, qui in medio ſepimenti erigitur, ubi cameli includuntur, & ad quem ſe fricant. *Wan.*

محكل *muhkil.* a. *part.* [4 *ab* حكل] Obſcura & dubia *res* ac difficilis. *Gol.*

محكم *muhkem.* a. 1) *part.* [4 *ab* حكم] Firmatus, munitus, validus. 2) Per ſe perſpicuus, certæ ſententiæ nec ambiguæ. 3) *adv.* Firmiter, valide, vehementer. *Forte, gagliardo, robuſto, fermamente. Wan.*¶ محكم یاپشمق *muhkem japyśmak.* Fortiter prehendere. *Appigliarſi fortemente.* محكم طوتمق *muhkem tutmak.* Fortiter tenere, *aut* credere. *Tener forte, fermamente.* محكم ا *muhkem* e. Firmum reddere, corroborare, munire, ſtabilire. *Raffermare, aſſodare, ſtabilire, rinforzare.*

محكم *muhkim.* a. *part* [4 *ab* حكم] Firmans, muniens. &c. *Wan.*

محكّم *muhækkem.* a. *part. paſſ.* [2 *ab* حكم] 1) Senex, expertus. 2) In martyrio jubeundo conſtans. 3) Sapientiæ adſcriptus. *Wan.*

محكّم *muhækkim.* a. *part.* [2 *ab* حكم] 1) *i. q. præc.* 2) Prohibens eo, quod quis vult. 3) Jus & poteſtatem concedens. *Gol.*

محكمات *muhkemāt.* a. *n. ſ pl. fæm. a* محكم *muhkem.* Indubitatæ explicationis, ac certæ ſententiæ verſus corani. *Verſi dell' Alcorano incontrouerſi. Teſ.*

محكمه *mæhkemet.* a. *n. ſ. vulg. mehkeme.* Locus judicii, tribunal, prætorium. *Pretorio, tribunale, palazzo del podeſta.*¶ محكمه كاتبي *mehkeme kātibi.* Notarius. *Notario.*

محكمه *muhkemet.* a. *part. fæm. a* محكم *muhkem.* 1) Firma. 2) Per ſe perſpicua *res. Gol.*

محكّمه *muhækkimet.* a. *n. propr.* Nom. ſectæ Chavariğiorum, utpote qui mandato duorum judicum *ſcil.* Ebu muſa ibni Omer, & jahja non obedientes, nonniſi Dei mandato parendum eſſe aſſerebant. *Wan.*

محكّمية الاولى *muhækkemijetül-ulā.* a. *n. propr.* Muhakemitæ priores; *ſubſecta una Chawareğitarum. Marrac.*

محكوك *mæhkūk.* a. *part. paſſ.* Raſus, eraſus. *Raſo, caſſato. Wan.*¶ محكوك و تراشیده اولمزدي *mæhkükü tirāśīde olmazdy.* Non deleretur *aut* eraderetur. *Non ſi ſcancellerebbe.* محكوك و مسلوب *mæhkükü meslūb.* Raſus, abraſus. دفتر شهوددن اسمي محكوك اولدي *defterĭ śühūdten ismi mæhkük oldy.* Ex libro vitæ *ſeu* viventium nomen ejus expunctum ac eraſum eſt. *Fu priuato di vita. Sæ.*

محكوم *mæhkūm.* a. *part. paſſ.* 1) Conſtitutus *aut* cui poteſtas & imperium datum eſt. 2) Imperio ſubjectus. *Wan.*¶ محكوم علیه *mæhkūmün ælejh.* Judicatus, judicialiter damnatus. *Giudicato, condannato. c. c. dat. pœnæ.* حضرت سلیمان مخلوقات امرنه مأمور و حكمنه محكوم اولیجق *hæzretĭ sülejmān mæchlūkāt emrine meemūr we hukmine mæhkūm olyğiak.* Cum Salamonis imperio ſubjectæ ſunt creaturæ. *Eb.* حكمنه هر دیار محكومدر *hukmine her dijār mæhkūmdür.* Illius imperio omnis regio ſubjecta eſt. *Ogni prouincia fu ſottopoſta al ſuo commando. Ah.*

محكي *mæhkī.* a. *part.* Narratus, relatus. *Raccontato, ſcritto nell' iſtorie. Wan.*¶ محكي عنه *mæhkījün ænhu.* Quod narratur de ipſo. *Ciò, che ſi dice di lui. Ik.*

محل *mæhl.* a. 1) *V. act.* Maligna delatione nocere *alicui.* 2) Inſidias ſtruere *apud regem*, dolum & inſidias ſtruere. 3) Sterilem ex pluviæ inopia eſſe *terram, annum.* 4) *n. ſ. ipſa* Sterilitas, inopia pluviæ, pabulique cum terræ ariditate. 5) Fraus, dolus, inſidiæ. 6) Pulvis. 7) Adverſitas. *Gol.* 8) *part.* Sterilis ex pluviæ inopia & ſicca *terra. Wan.*

محلّ *mæhæll.* a. 1) *V. act.* [F. 1] Deſcendere, *pec.* ex itinere diverſari, ſubſiſtere, quieſcere *in loco apud alios.* 2) *n. ſ. pl.* محالّ *mæhāll.* Locus, ubi quis diverſatur & quieſcit. 3) *ſimpl.* Locus, ſitus, ſtatio. 4) Tempus, opportunitas. *Wan.* 5) *part. pro* مناسب *münāſib,* & سزاوار *ſezāwār.* Accommodatus, dignus *Luogo, poſto, ſito, opportunità, meriteuole.*¶ في محلّ آخر *fi mæhællĭ āchær.* In alio loco, alibi. *In altro luogo.* من محلّ آخر *min mæhællĭ āchær.* Ex alio loco, aliunde. *D'altro luogo, d'altroue.* مرسل الي محلّ آخر *mürſelün ilā mæhællĭ āchær.* Ad, vel in alium miſſus locum. *Mandato ad altro luogo.* محلّنده *mæhællinde.* Suo loco dicetur. *Nel ſuo luogo.* محلّنده *mæhællinde,* & محلّ ايله *mæhæll ile.* Tempeſtive, opportune, con-

convenienter, ad rem. *A tempo, appunto, a propoſito.* اول بو محلّده *ol, bu mæhællde.* Eo loci, & tunc temporis, tunc. ييجك محلّده *jejeğek mæhællde.* Inter manducandum, *aut* tempore comeſtionis. *Quando ſi mangia.* محلّدر *mæhælldür,* & محلّ و مستحقّدر *mæhællū múſtæhækktür.* Dignus eſt *ea re,* meretur *id. Ne e digno, l'hà meritato.* محلّ مرحمت و مستحقّ عفو و مغفرت اولمز *mæhællĭ merhæmet we múſtæhækkў æfwü mæghfiret olmaz.* Non eſt dignus commiſeratione, neque meretur veniam. غير محلّ *ghæjrĭ mæhæll.* Indignus. *Indegno. Tef.* محلّ قرار اتمشدر *mæhællĭ kærār itmiśtür.* Fecit locum conſiſtentiæ, *i. e.* in eo loco ſedem fixit. *Fermò il piede in quel luogo. Sæ.* محلّنه ادم كوندردك *mæhælline ādem gönderdük.* Miſimus homines ad locum, *ubi res facta eſt. Ll.* محلّ عيش و حضورو جاي عشرت و سرور اولمغله *mæhællĭ ўśü huzūr we ğiāĭ ўśretü sürūr olmaghyle.* Cum ſit locus delicioſus, voluptatique ac lætitiæ idoneus. محلّ صفا بخش *mæhællĭ ſæfā bæchś.* Locus amœnus, animum recreans. *Luogo ameno, delizioſo.* غضنفري امتحان محلّين شتر پير انشاب ايدر *ghæzænferī imtyhān mæhællin śütürĭ pīr inśāb ider.* Catulus leonis, tempore probationis camelum adultum vincit ac ſibi prædam facit. وزرا و امرا آلايني بر بر كوروب هر برينك محلّ و مقامن تعيين بيوروب هر كروه پر شكوهي شرف خطاب مستطابله تشريف و مثوبات جهادى توصيف ايدوب غزايه ترغيب و فراردن ترهيب بيورديلر *wüzerā wü ümerā ālājini bir bir görüp, her birinün - mæhællü mækāmin tæ'jīn bujurüb, her kürūhĭ pür śükūhī śerefĭ chytābĭ muſtetābile teśrīf, we mesūbātĭ ğihādī tewsўf idüp, ghæzāje terghўb, we firārden terhīb bujurdyler.* Veſiriorum ac principum ordinatas equeſtres turmas *ſeu* comitivas ſingulatim contemplatus, ſuum cuique locum & ſtationem aſſignavit, ſingulaſque militum formidabiles legiones alloquio blando dignatus, & merita præmiaque belli, pro fide ſuſcepti, interpretatus, ad pugnam omnes animavit, & a fuga deterruit. *Sæ.* بزم اول محلّه حكمز جاري دكلدر *bizüm ol mæhælle hukmümüz ğiārī degül dür.* Noſtro ille locus non ſubjacet imperio. *Ll.* محلّ كوي *mæhæll güj.* Appoſite, ad rem loquens. ذكر محلّ و ارادهء حال *zĭkrĭmæhæll we iradeĭ hāl.* Tropus, continens pro contento. *V. Gramm.*

محلّ *mæhyll.* a. *n. ſ.* 1) Locus, ubi mactare licet hoſtiam. 2) Solvendi debiti terminus. *Wan.*

محلّ *muhyll.* a. *part.* [4 *ab* حلّ] 1) Deponens naziræatum *is, qui voverat,* & luctum ob mariti mortem *fœmina, ſcil. diebus centum decem exactis, quo tempore denuo nubere lex vetat.* 2) Menſibus ſacris, per quos bello interdictum, finitis, menſes profanos & liciti belli ingrediens, *aut* ingreſſus. 3) Dignus pœna. 4) Lac in uberibus concipiens *ovis* citra fœturam. *Gol.*

محل *muhul.* a. *n. ſ. pl. a* محال *mæhāl.* Vertebræ dorſi. *Gol.*

محلّا *muhællā.* p. *n. ſ.* 1) Melongena frixa. 2) Carnis aſſæ particulæ *ſeu* ſegmenta, ſucco limoniorum conſperſa. *Caſt.*

محلاب *myhlāb.* a. *n. ſ.* Mulctrum, vas in quo mulgetur. *Vaſo da mugnere. Wan.*

محلّات *mæhællāt.* a. *n. ſ. pl. a* محلّة *mæhællet.* Vici, plateæ. *Strade, contrade. Wan.* ¶ محلّاته تقسيم اتدي *mæhællāte tæksīm itty.* Diſpertitus eſt in vicos & plateas. *Li ſparti per le contrade. Sæ.* محلّات شهر *mæhællātĭ śehr.* Vici urbis. *Li rioni della città. Ik.*

محلّات *muhyllāt.* a. *n. ſ. form. pl.* Olla, mola, culter, ſecuris, urna, *quod hæc faciunt, ut dominus libere divertat, ubi velit, alienæ opis haud indigus. Wan.*

محلاج *myhlāğ.* a. *n. ſ.* 1) Inſtrumentum ferreum ſpecilli forma, quo goſſipium ab inhærente ſemine evellitur. 2) Radius piſtorius, quo expanditur panis. *Wan.*

محلال *myhlāl.* a. *part.* In quo diverſantur homines, conſidentque, *locus. Wan.*

محلب *mæhleb.* a. *n. ſ.* Grana, nucleis ceraſinis per omnia ſimilia, *quæ ex Azerbeiğian afferuntur. Wan.*

محلب *myhleb.* a. *n. ſ.* Mulctrum, vas, in quo mulgetur. *Wan.*

محلب *muhlib.* a. *part.* [4 *ab* حلب] 1) Juvans in mulgendo. *Wan.* 2) Concedens *alteri,* quod mulſit. 3) Qui in campo exiſtens mulget ſuis, & lac iis mittit. 4) Qui habet camelitem, quæ pariat fœmellas, ut مجلب *müğlib,* cum mares. 5) Conveniens undique confluenſque *populus. Gol.*

محلبة *mæhlebet.* a. *n. ſ.* Locus, ubi grana, محلب *mæhleb* dicta, creſcunt. *Wan.*

محلث *muhlis.* a. *n. propr.* Nomen antiquum tranſoxanicæ urbis Bocharæ, *quo olim compellata fuit. Gih.*

محلة *mæhlet.* a. *part. fœm. a* محل *mæhl.* Sterilis *terra. Gol.*

محلّة *mæhællet, vulg. mæhælle.* a. 1) *n. ſ.* Vicus urbis, regio *ejusdem,* parœcia. 2) Diverſorium, locus, ubi viatores conſident. *Contrada d'una città, rione, quartiere.* 3) *n. propr.* Nom. civitatis in inferiore Ægypto in provincia غربية *ghærbijet, quæ* & محلّة كبير *mæhælletĭ kebīr,* & *etiam* دقلا *dæklā compellatur. Mich. deſc. Ægypt.* ¶ محلّة امامارى *mæhællet imāmleri. apud mohammedanos* Parochi *ſeu* ſacerdotes parœciales *ſeu* parochiales, *ii enim, qui templis* & *fanis regiis præpoſiti ſunt,* سلاطين ماملرى *ſelātўn māmleri dicuntur. Bob.* محلّه مكتبي *mæhælle mektebi.* Schola trivialis. *Scola della contrada.* محلّه دن محلّه يه *mæhælleden mæhælleje.* De platea in plateam. *D'una contrada all' altra. Bern.*

محلّتان *muhylletān.* a. *n. ſ. q. dual. a* محلّة *muhyllet.* Olla & mola. *Wan.*

محلج *myhliğ.* a. *n. ſ.* Tabula lignea, ſuper qua goſſipium a ſemine ſeparatur. *Wan.*

محلجة *myhleğet.* a. *n. ſ. i. q. præc. Wan.*

محلس *muhlis.* a. *part.* [4 *ab* حلس] 1) Tegens dorſuali *camelum, ſeu* molliore ſtrato ſub clitellis. 2) Continua tenuique pluvia pluens *cælum. Gol.*

محلّسز *mæhællſyz.* t. *compos. vulg.* محلسز *mæhælsyz.* Abs re, inepte, intempeſtive. *Fuordi tempo, fuor di propoſito.*

محلط *muhlyt.* a. *part.* [4 *ab* حلط] Studio zeloque utens *pec.* in jurejurando. *Wan.*

محلف *muhlif.* a. *part.* [4 *ab* حلف] 1) Juramentum exigens, eoque obſtringens. 2) Incerta dubia *res, de qua plures diverſimode jurant.* ¶ غير محلف *ghæjrĭ muhlif.* Certus, puruſque *color. Wan.*

محلفان *muhlifān.* a. *n. ſ. dual præc.* Duæ ſtellæ, orientes ante canopum, *ita dictæ, quod alii hunc eſſe, alii non eſſe juraſſent. Wan.*

محلق *myhlæk.* a. *part.* Hirſuta & quaſi radens *veſtis. Gol.*

محلّق *muhællæk.* a. *part paſſ* [2 *ab* حلق] Raſus. *Raſo. Gol.*

محلّق *muhællyk.* a. 1) *n. propr.* Nom. cujusdam arabis e familia Beni Amir. 2) *part.* [2 *ab* حلق] Radens caput & multum. *Gol.*

محلّقة *muhællækæt.* a. *part. fœm. a* محلّق *muhællæk.* Forma annuli circulive ſignata *camelitis. Wan.*

محلقن *muhlækyn.* a. *n. coll.* Dactyli *fere* ſemimaturi. *Wan.*

محلقنة *muhlækynet.* a. *n. unit. præc. Gol.*

محلّل *muhællel.* a. *part.* [2 *ab* حلّ] 1) Ubi frequenter divertitur, *locus.* 2) Licitus. *Wan.*

محلّل *muhællil.* a. *part.* [2 *ab* حلّ] 1) Licitum faciens. 2) Qui facta in curſum ſponſione impetrat, ut lucri portionem auferat, ſi præcedere contingat, nihil vero pendat, ſi ab aliis ſuperetur. *Gol.* ¶ خون ايچره غرق اولوب محلّل روح اولان الم جروح آفتن المش *chūn içre ghærk olüp muhællilĭ rūh olan elemĭ ğiürūh āfetin almyś.* In ſanguinem immerſus violentiam ſenſit animam reſolventis doloris vulnerum ſuorum. *Giaceua immerſo nel ſangue, che ſgorgaua dalle ſue ferite. Sæ.* محلّل في النكاح *muhællil fin-nikāh.* Ter repudiatam ducens, ut poſt repudium a primo conjuge repeti poſſit, *quod alias nefas. Wan.*

محلّلة *muhællælit.* a. *n. propr.* Muhallelitæ; *ſecta una mohammedanica ex iis octo, in quas Nağeditæ, itidem ſectarii, dividuntur, aſſerens, ſe ſe nihil prohibere, niſi quod Deus in corano circa comeſtibilia prohibuit. Marrac.*

محلم *muhlim.* a. *part.* [4 *ab* حلم] Somnians. *Gol.*

محلّم *muhællim.* a. 1) *n. propr.* Nom. fluvii. 2) Nom viri. *Wan.* 3) *part.* [2 *ab* حلم] Longanimem efficiens. *Gol.*

محلوت *mæhlūt.* a. *part. paſſ.* Raſus. *Wan.*

محلوج *mæhlūğ.* a. *part. paſſ.* A ſemine mundatum *goſſipium. Wan.*

محلوف *mæhlūf.* a. 1) *V. act.* Jurare. 2) *part. paſſ.* Juratus. *Wan.*

محلوفة *mæhlūfet.* a. 1) *V. act. i. q. præc.* 2) *part. fœm. præc. Wan.*

محلوق *mæhlūk.* a. *part. paſſ.* Raſus. *Wan.*

محلول *mæhlūl.* a. *part. paſſ.* 1) Solutus. 2) Licitus, legitimatus. 3) *uſit.* Vacans, vacuus poſſeſſore *locus. Sciolto, lecito, legitimato. Wan.* ¶ محلول اولمق *mæhlūl olmak.* 1) Solvi. 2) Vacare, vacuum eſſe. *Eſſer ſciolto, eſſer vacante.*

محلي *muhlī.* a. *part.* [4 *ab* حلا] Rem tritam oculis indens. *Wan.*

محلي *muhlī.* a. *part.* [4 *ab* حلي] Dulcem efficiens, *aut* dulcem comperiens. *Gol,*

محلّي *muhællā.* a. *part. paſſ.* [2 *ab* حلي] 1) Mundo monilibuſque ornatus. 2) Dulcis effectus. 3) Deſcriptus, laudatus. *Gol.* 4) Illuſtratus, veſtitus, ornatus. *Polito, ornato, illuſtrato. Gol.* ¶ نقود و نقره و طلا اسم اولدي

نقودی سامیء پادشاه زمان ایله محلّی اولدی nukūdü nokre wu tylā ismĭ sāmīi pādisāhĭ zemān ile muhællā oldy. Nummi vasaque argentea, *vel* aurea excelso nomine *vel* symbolo regis dominantis signari ac illustrari cœperunt. *Cominciò ad illustrarsi l'oro, e l'argento col gran nome dell' imperatore regnante. Sæ.*

محلّی *muhælli.* a. *part.* [2 ab حلی] 1) Monilibus ornans *gladium.* 2) Dulce & svave reddens. 3) Describens sua forma, & suis signis indicans hominem. *Gol.*

محم *mæhæm.* a. *n. propr.* Nom. loci in Oman, Arabiæ regione, versus septentrionem siti. *Nieb. desc. Arab.*

محمّ *myhemm,* & *myhymm.* a. *n. f.* Guttus cantharusve ferreus *vel* æneus, stannoque obductus, in quo calefit aqua. *Wan.*

محمّ *muhymm.* a. *part.* [4 ab حمّ] 1) Calefaciens *aquam.* 2) Determinans, mensura, modoque definiens. 3) Solicitum habens *res.* 4) Lavans aqua calida. 5) Denigrans. 6) In febrim conjiciens. 7) Appetens, appropinquans. 8) Febrilis, febri infestata *terra. Gol.*

محماق *myhmāk.* a. *part.* Frequenter pariens fatuum infantem *mulier. Gol.*

محمّة *muhæmmet.* a. *part.* Febri camelorum infestata *terra. Wan.*

محمحم *muhæmhym.* a. *part. quadril.* Hinniens *equus* pabuli ergo, *percipiendo illud vel appetendo. Gol.*

محمّج *muhæmmiğ.* a. *part.* [2 ab حمج] 1) Contrahens *oculum* acrioris conspectus ergo, *aut* vehementius acutiusque intendens visum *aliis.* 2) Oculos in cavitate sua depressiores habens. 3) Gyrans oculos præ terrore. 4) Vultum alteratus *præ ira. Gol.*

محمد *mæhmed.* a. *n. propr.* Nom familiæ ex tribu ازد *āzd. Wan.*

محمد *muhmid.* a. *part.* [4 ab حمد] 1) Laude dignum se gerens præstansve. 2) Laude dignum ac convenientem sibi comperiens. *Gol.*

محمّد *muhæmmed.* a. 1) *n. propr.* Nom. viri *pec.* pseudoprophetæ Mohammedis. 2) *part. pass.* [2 ab حمد] Multa laude dignus; valde laudatus. *Lodato, degno di lode,* & *nome del falso profeta Mahomette. Wan.* ¶ محمّد آباد *muhæmmed ābād.* Nom. civitatis in Jndia. *Gih.* رأس محمّد *reesĭ muhæmmed.* Nom. loci in Hegiaza, anchoræ jaciendæ idonei. *Nieb. desc. Arab.* محمّد الماسي *muhæmmed elmasi.* Species pomi. *Test. Addit.* پیغمبرمز ایکی جهان کنشی محمّد المصطفی علیه الصّلوة و السّلامك معجزات کثیرة البرکاتیله *pejghæmberümüz iki ğihān güneši muhæmmedül-mustæfā ælejhis-sælātü wes-selamün-muʿğizāti kesīretül-berekāti ile.* Per miracula copiosa, & gratiæ fœcunda nostri prophetæ utriusque orbis solis Mohammedis Mustaphæ, (selecti) super quem sit benedictio Dei & salus *aut* pax. *Sæ.*

محمدة *mæhmedet,* & *mæhmidet.* a. 1) *V. act.* Laudare. 2) *n. f. pl.* محامد *mæhāmid.* Opus laudabile & præclarum. 3) Præconium, laudatio. *Lodare, lode, cosa, ò opera degna di lode. Wan.* ¶ خاطر سلطان محمدت نشان تندباد غموم ایله پریشان اولوب *chātyrĭ sultānĭ mæhmidet nišān tündibādi ghumūmile perišān olüp.* Cum animus regis laudatissimi procelloso vento curarum, afflictionumque conturbaretur. *Sæ.*

مكسّر *mükesser*. a. *part. paſſ.* [2 *a* كسر] 1) Confractus. *Wan.* 2) Fractum, *ſive* imperfectum *plurale. V. Gramm.*

مكسّر *mükessir*. a. *part.* [2 *a* كسر] Confractor, profligator. *Wan.*

مكسّع *mükessæʼ*. a. *part. paſſ.* [2 *a* كسع] 1) Cœlebs *vir.* 2) A venere abſtinens. *Wan.*

مكسكير *meġeskīr*. p. *n. ſ. compos.* 1) Vermis albicans, *in hortis & ſtercoribus naſcens.* 2) Tela araneæ. 3) Muſcarium, quo muſcæ abiguntur, *aut* quo hæ ab inſultu detinentur. *Ferh.*

مكسل *miksel*. a. 1) *n. ſ.* Nervus demiſſus de arcu, *proprie*, quo goſſypium dividitur. 2) *part.* Paucos majores dominio illuſtres habens *proſapia. Gol.*

مكسل *mükſil*. a. *part.* [4 *a* كسل] E propinquo aquæ fluxum accipiens *alveus. Gol.*

مكسوّ *meksūw*. a. *part. paſſ.* Veſtitus. *Gol.*

مكسوب *meksūb*. a. *part. paſſ.* Acquiſitus. *Acquiſtato, guadagnato. Wan.*

مكسور *meksūr*. a. *part. paſſ.* 1) Fractus, cæſus. 2) Parum carnis habens *os.* 3) Vocali *kesra* inſignita *conſonans. Rotto, tagliato. Gol.*

مكسوس *meksūs*. a. *part. paſſ.* Fractus *panis. Gol.*

مكش *mekeś*. p. 2. *pers. imperat. negat. a* كشيدن *keśīden*. Ne trahito. *Ferh.*

مكش *mekiś*. p. *n. ſ.* Suctio. *Ferh.*

مكشاش *mikśāś*. a. *n. ſ.* Stridor *vel* mugitus cameli vehementior. *Wan.*

مكشح *mikśæh*. a. *n. ſ.* 1) Securis. 2) Acies enſis. *Gol.*

مكشوح *mekśūh*. a. 1) *n. propr.* Nom. viri. 2) *part. paſſ.* In hypochondrio, *vel* ſub ſpuriis coſtis cauterio uſtus. *Wan.*

مكشوف *mekśūf*. a. *part. paſſ.* 1) Detectus, denudatus, revelatus. 2) Apertus. *Scoperto, riuelato, ſpiegato, ed aperto, ſpalancato. Wan.* ¶ مكشوف القلب *mekśūful-kælb*. Aperti cordis, ſincerus. *Di cuore aperto, ſincero. Teſ.* بابي مكشوف بيوروب *bābī mekśūf bujurūp*. Portam aperiens. *Aprendo la porta. An.*

مكظّظ *mükæzzæz*. a. *part. paſſ.* [2 *a* كظّ] Gravatus & labore preſſus. *Gol.*

مكظوظ *mekzūz*. a. *part. paſſ. i. q. præc. Gol.*

مكظوم *mekzūm*. a. *part. paſſ.* 1) Compreſſus, refrænatuſve *iræ impetus. Wan.* 2) Mœrore & ſolicitudine affectus. *Gol.*

مكعب *mik-æb*. a. *n. ſ. i. q.* ايجادك *ić edek*. t. Planta pedis. *Wan.*

مكعّب *mükæʼæb*. a. 1) *part. paſſ.* [2 *a* كعب] Quadratus, cubicus factus. *Gol.* 2) Ejuſmodi forma tinctus *pannus.* 3) Firmiter duriterque plicatus *pannus. Wan.* 4) *n. ſ.* Cubus geometricus. *Comid. Addit.*

مكعب *mük-ʼyb*. a. *part.* [4 *a* كعب] 1) Properans, feſtinans. 2) Turgeſcens & ſororians *mamma. Gol.*

مكعّب *mükæʼʼyb*. a. *part.* [2 *a* كعب] Turgeſcentibus *aut* ſororiantibus mammis prædita *puella. Gol.*

مكعبر *mükæʼbir*. a. *n. propr.* Agnomen cujuſdam, Zabi compellati. *Wan.*

مكعر *mük-ʼyr*. a. *part.* [4 *a* كعر] 1) Adipem in tubere congerens, *ſeu* acquirere incipiens *cameli pullus.* 2) Incitatus *ſeu* properans. *Wan.*

مكعطل *mükæʼtyl*. a. *part.* Exporrecto corpore, *vel* ungues expandens. *Gol.*

مكعّظ *mükæʼæz*. a. *n. ſ.* Vir curtus, pumilio. *Gol.*

مكعنب *mükæʼneb*. a. *part.* Torto in orbem cornu præditus *caper. Gol.*

مكعوم *mek-ʼūm*. a. *part. paſſ.* Capiſtratus *camelus. Wan.*

مكفاة *mekfāt*. a. *n. ſ.* Quod ſatis eſt, ſufficit. *Wan.*

مكفت *mükfit*. a. *part.* [4 *a* كفت] Qui duas induit loricas cum intermedia veſte. *Gol.*

مكفخ *mikfæch*. a. *part.* 1) Robuſtus *vir.* 2) Firma & valida *columna. Gol.*

مكفّر *mükeffer*. a. *part. paſſ.* [2 *a* كفر] Qui gratos non experitur, quibus benefecit. *Gol.*

مكفن *mükfin*. a. *part.* [4 *a* كفن] Sale, lacte, & opſonio carens. *Gol.*

مكفور *mekfūr*. a. *part. paſſ.* Tectus, opertuſque *cinis*, cui pulverem induxit ventus. *Gol.*

مكفوف *mekfūf*. a. 1) *part. paſſ.* Conſtrictus, clauſus. 2) *pl.* مكافيف *mekāfīf*. Cœcus. *Wan.* 3) *n. ſ.* Fluvii latus, *ſeu* ripa. *Gol.*

مكفوفة *mekfūfet*. a. 1) *part. fœm. præc.* 2) Duplicata ora, *ſeu* ſecundo conſutus *pannus.* ¶ بينهم عيبة مكفوفة *bejnehüm æjbetün mekfūfetün*. Inter eos tectum quid & diſſimulatum eſt. *Gol.*

مكفوّ *mekfūu*. a. *part. paſſ.* Inverſum *vas. Wan.*

مكفهرّ *mükfehirr*. a. *part.* 1) Nigra, craſſa, & ex pluribus congeſta *nubes. Wan.*

2) Craſſa & macilenta, *aut* inverecunda, *vel* fuſca colore, & auſtera *facies.* 3) Durus, difficilis, ac inacceſſus *mons. Gol.*

مككك *mekek*. p. *n. ſ.* 1) Muſca, quæ in guttur hominis, *aut* animalis intrat, *cum aquam bibit improvide.* 2) *aliis* Sanguiſuga. *Ferh.*

مككك *mekik*. p. *n. ſ.* Radius textorum. *Gol.*

مكل *mekel*. p. *n. ſ.* 1) Muſca, quæ in guttur hominis, *aut* animalis intrat, *cum aquam bibit improvide.* 2) Sanguiſuga. *Ferh.*

مكل *mekil*. a. *part.* Exhauſtæ aquæ *puteus. Gol.*

مكل *mikil*. p. *n. ſ.* Hirudo, ſanguiſuga. *Ferh.*

مكلّ *mükill*. a. *part.* [4 *a* كلّ] Qui propinquos habet ſuſtentandos. *Wan.*

مكل *mükül*. a. *n. ſ. pl. a* مكول *mekūl*. Paucæ aquæ putei, in quibus ſucceſſive tantum aqua colligitur. *Wan.*

مكلّا *mükellā*. a. *n. ſ.* 1) A ventorum impetu tutus locus. 2) *ipſa* Navium ſtatio, portuſve. 3) Ripa fluminis. *Wan.*

مكلّب *mükelleb*. a. *part. per metatheſin, pro* مكبّل *mükebbel*. Compeditus *captivus. Wan.*

مكلّب *mükehib*. a. *part.* Qui canes ad venandum inſtruit, & exercet. *Gol.*

مكلة *meklet*, & *müklet*. a. *n. ſ.* Parum aquæ in puteo, *ſive* hauriatur primum, *ſive e contra* in fine reſtet. *Wan.*

مكلثم *mükelſim*. a. *part.* Carnoſam habens faciem. *Wan.*

مكلثمة *mükelſimet*. a. *part. fœm. præc.* Carnoſa facie & genis *mulier. Gol.*

مكلّس *mükelles*. a. *part. paſſ.* [2 *ab inuſit.* كلس] Calce illitus, calcinatus. *Wan.*

مكلّس *mükellis*. a. *part.* [2 *ab inuſit.* كلس] Calcarius, qui calcem coquit. *Gol.*

مكلّف *mükellef*. a. *part. paſſ.* [2 *a* كلف] 1) Excellens, eximius, egregius *vir.* 2) Egregie elaborata, elegans *res. Eccellente, compito, vago, galante, ben fatto. Ik.*

مكلفة *mükelfet*, *vulgo mükelfa*. a. *n. ſ. dialecto marrocana* Febris tabifica. *Domb. Addit.*

مكلّل *mükellel*. a. *part. paſſ.* [2 *a* كلّ] 1) Coronatus. *Coronato.* 2) Fulmine micans *nubes*, aliis nubium partibus circumdata, ac velut coronata *nubes. Wan.*

مكلّل *mükellil*. a. *part.* [2 *a* كلّ] Nervos, & ſtudium rei intendens, ſedulus. *Wan.*

مكلّلة *mükellelet*. a. *part. fœm. a* مكلّل *mükellel*. Floribus circumobſitus *hortus. Wan.*

مكلندد *müklendid*. a. *part.* Durus, craſſuſque *locus. Wan.*

مكلندي *mükelendī*. a. *part. i. q. præc. Wan.*

مكلنزز *müklenziz*. a. *part.* Conſtrictus, compreſſus. *Gol.*

مكلوم *meklūm*. a. *part. paſſ.* Vulneratus, ſaucius. *Gol.*

مكلهزّ *müklehizz*. a. *part.* Contractus, compreſſus. *Gol.*

مكلي *meklī*. a. *part. paſſ.* Renes læſus, ex iis dolens. *Gol.*

مكلئ *müklī*. a. *part.* [4 *a* كلأ] Pabulo prædita, *vel* abundans *terra. Gol.*

مكلئة *mükliet*. a. *part. fœm. præc. Wan.*

مكمأة *mekmeet*. a. *n. ſ.* Locus, tuberum ferax. *Gol.*

مكماكة *mekmāket*. a. *part.* Pumila, & corpore compreſſa *mulier. Gol.*

مكمّة *mekemmet*. a. *n. ſ.* 1) Id, quo os aſini tegitur. 2) Occa, qua coæquantes terræ ſuperficiem, operiunt ſemina. *Gol.*

مكمتل *mükemtel*. a. *part.* Corpore compactus *camelus. Gol.*

مكمتلة *mükemtelet*. a. *part. fœm. præc. Gol.*

مكمكة *mekmeket*. a. *V. quadril.* 1) Exſugere totum *quid.* 2) Volutatim incedere. *Gol.*

مكمل *mikmel*. a. *n. ſ.* Vir conſummatus *in bonam & malam partem. Gol*

مكمّل *mükemmel*. a. *part. paſſ.* [2 *a* كمل] Perfectus, omnibus numeris abſolutus, eximius, optimus. *Perfetto, compito, belliſſimo. Ll.*

مكمّلة *mükemmelet*. a. *part. fœm. præc. Gol.*

مكمؤة *mekmūet*. a. *n. ſ.* Locus, tuberum ferax. *Gol.*

مكمور *mekmūr*. a. *part. paſſ. pl.* مكمورا *mekmūrā*. 1) Magna glande præditus. *Gol.* 2) Ad glandem penis ſui læſus in circumciſione. *Wan.*

مكمورة *mekmūret*. a. *part.* Virum experta *mulier. Gol.*

مكموم *mekmūm*. a. *part. paſſ.* 1) Cujus fructus jam apparere incipit, *arbor.* 2) Capiſtratus *camelus*, ut impediatur, ne mordeat. 3) Tectus poſt partum cameli *pullus*, ut augeatur robur ejus. *Wan.* 4) Elate prædita *palma. Gol.*

مكمومة *mekmūmet*. a. *part. fœm. præc. Gol.*

مكمون *mekmūn*. a. *part. paſſ.* Abſconditus, deliteſcens. *Naſcoſto. Ah.*

مكمهل *mükemhil.* a. *n. f.* Goſſipii nux cum ſemine baccifve ſuis. *Gol.*

مكن *mekn.* a. *n. f.* Ova lacertæ, locuſtæ & ſimilium. *Wan.*

مكن *mekin.* a. *n. f. i. q. præc. Gol.*

مكن *mükenn.* a. *part. paſſ.* [4 a كن] Tectus, cuſtoditus, in animo ſervatus. *Gol.*

مكنا *mükenā.* a. *part. pl. a* مكين *mekīn.* 1) Firmiter, ac rite conſtituti. 2) Tali pollentes dignitatis gradu. *Gol.*

مكنات *mekinät,* & *mekünat.* a. *n. f. pl. a* مكنة *mekinet.* Ova *avium,* lacertæ, locuſtæ. *Gol.*

مكناسة *meknāset.* a. *n. propr.* Mequineſia; *urbs in Feſſa, Africæ regno, ab urbe Feſſa una die diſtans, quæ olim reſidentia regum erat, Domb. Addit.*

مكنان *meknān.* a. *n. f.* Species plantæ. *Wan.*

مكنان *miknān.* a. *n. coll.* Nom. arboris parvæ & pulverulentæ, quæ in regione Khaiſitarum provenit. *Gol.*

مكنانة *miknānet.* a. *n. unit. præc. Gol.*

مكنب *mikneb.* a. *part.* Calloſa *ungula. Gol.*

مكنب *müknib.* a. *part.* [4 a كنب] 1) *i. q. præc.* 2) Collum contrahens *manus. Gol.*

مكنة *meknet.* a. *n. unit. a* مكن *mekin.* Ovum unum lacertæ, locuſtæ. *Wan.*

مكنة *miknet,* & *müknet.* a. *n. f.* Potentia, vires, robur. *Forza, poſſanza, poſere. Gol.* ¶ الله بونلرك اوزرنه مكنت ويررسه *allāh bunlarün-üzerine müknet wirürſe.* Si Deus in illos vires conceſſerit. *Se Dio darà forze contro di loro. Tef.* مقاومتة قدرة و محاربة مكنت اولمايوب *mukāwemete kudret we muhārebeje müknet olmājüp.* Cum illis potentia deſit ad reſiſtendum, viresque impares ſint ad confligendum. *Non auendo forze ſufficienti da reſiſtere, ò combattere. Eb.*

مكنثر *mükenſir.* a. *part.* Craſſa *facies. Gol.*

مكنر *mükennir.* a. *part.* [2 *ab inuſit.* كنر] Cidarim indutus laxam, nec capiti firmiter inhærentem. *Gol.*

مكنس *mükennis.* a. *part.* [2 a كنس] Qui conficit ſcopas. *Scopatore, che fà, ò vende le ſcope. Gol.*

مكنسة *miknefet.* a. *n. f.* Scopæ, quibus verrimus. *Scopa. Wan.*

مكنع *mükennaˈ.* a. *part. paſſ.* [2 a كنع] 1) Vitiatam habens manum fractura *aut* luxatione. 2) Deficiens ac impar *negotiis. Gol.*

مكنعة *mükenne-ät.* a. *n. f. fœm. præc.* Manus contracta ob fracturam *vel* luxationem. *Gol.*

مكنف *mükennef.* a. *part. paſſ.* [2 a كنف] 1) Undique circumdatus, circumſeptus. 2) Magnam habens barbam. *Gol.*

مكنفة *mükennefet.* a. *part. fœm. præc.* 1) Undique circumdata, circumſepta. 2) Magnam habens barbam. 3) Magnis lateribus *barba. Gol.*

مكنور *meknūr.* a. *part. paſſ.* Cidarim indutus laxam, nec capiti firmiter inhærentem. *Gol.*

مكنوز *meknūz.* a. *part. paſſ.* Reconditus. *Seruato come in un teſoro. Ah.*

مكنوس *meknūs.* a. *part. paſſ.* 1) *i. q. præc.* 2) Scopis mundata *domus. Gol.*

مكنوسة *meknūset.* a. *part. fœm. præc.* Interiore parte lævis, *vel* pilis carens *ungula vel pes cameli. Gol.*

مكنون *meknūn.* a. *part. paſſ.* Tectus, occultus, abſconditus, reconditus. *Naſcoſto, recondito, occulto, celato. Ah.*

مكنى *mükennā.* a. *part. paſſ.* [2 a كنى] Appellatus, *ſive* ſignatus nomine per ſe ſignificante rem aliam. *Wan.*

مكنين *müknīn.* a. *n. f.* Carduelis; *avis. Domb. Addit.*

مكو *mekw.* a. 1) *V. act.* [F. 1.] Sibilare ore. 2) Sibilando canere *avim.* 3) *n. f. Pl.* امكا *emkā.* Latibulum leporis, vulpis, &c. *Wan.*

مكواة *mikwāt.* a. *n. f.* Cauterium, inſtrumentum ferreum, quo candente uritur cutis, & ſtigma imprimitur. *Wan.*

مكوارة *mikwāret.* a. *n. f.* Cidaris. *Gol.*

مكوة *mekwet.* a. *n. f.* 1) Latibulum vulpis. 2) Podex. *Gol.*

مكوتع *mükewtyˈ.* a. *part.* Feſtinus, citus. *Gol.*

مكوث *mükūs.* a. *n. f.* Mora. *Gol.*

مكود *mekūd.* a. *part. paſſ.* Samper lacte abundans *camelitis. Wan.*

مكود *mükūd.* a. *V. act.* 1) Conſiſtere, ſubſiſtere *aliquo loco. Wan.* 2) Tractu temporis lac ſuum diminuere *camelitem. Gol.*

مكوذ *mükewwez.* a. *part.* [2 a كوذ] Perizomate cinctus ſuperiores femorum partes. *Gol.*

مكور *mekūr.* a. *part. paſſ.* 1) Machinator, deceptor. 2) Aſtutus. *Gol.*

مكور *mekwer.* a. 1) *part.* Perquam inhoneſtus, turpis, improbus. 2) *n. f.* Sella cameli. *Gol.*

مكور *mikwer.* a. 1) *part.* Inhoneſtus, turpis. 2) *n. f.* Cidaris. *Gol.*

مكور

مكور *mükwer.* a. *part.* Perquam inhoneſtus, turpis, improbus. *Gol.*

مكور *mükūr.* a. *n. f. pl. a* مكر *mekr.* Fraudes, machinationes, doli. *Wan.*

مكورى *mekwerrā.* a. *part.* 1) Illaudatus, deſpectus. 2) Qui magnam habet pirulam, *ſeu* extremitatem naſi. *Wan.*

مكورى *mekwerīj, mikwerīj,* & *mükwerīj.* a. *part.* 1) Illaudatus, deſpectus. 2) Brevis corpore, latusque *pumilio.* 3) Inhoneſtus, turpis. *Gol.*

مكورية *mekwerījet, mikwerījet,* & *mükwerījet.* a. *part. fœm. præc. Gol.*

مكوز *mükewwez.* a. *part. paſſ.* [2 a كوز] Oblongum habens *caput. Gol.*

مكوس *mikwes.* a. *n. f.* Ferramentum, quo cavando aſperatur mola. *Gol.*

مكوك *mekūk.* a. *n. f. pl.* مكاكيك *mekākīk.* 1) Menſuræ genus, continens tres كليجات *keligiāt.* 2) Scyphus, poculum, in formam navis paratum. *Wan.*

مكوك *mekūk.* p. *n. f.* 1) Radius, pectenve textorum. *Navicella del teſſitore, tragola, ſpola.* 2) Poculum, in formam animalis paratum. *Ferh.*

مكول *mekūl.* a. *part. paſſ.* Parum aquæ, *vel* in medio tantum ſucceſſive collectam continens *puteus. Wan.*

مكول *mükūl.* a. *part.* 1) Exhauſtæ aquæ *puteus. Wan.* 2) *pl. a* مكول *mekūl.* Paucæ aquæ *putei. Gol.*

مكون *mekūn.* a. *part. paſſ.* Ovis fœcunda *lacerta, locuſta. Wan.*

مكوئل *mükwe-ill.* a. *part.* Brevis corpore. *Gol.*

مكه *mege.* t. *n. f.* Vepres, ſentes inter vineas, teſqua, *vel* quid ſimile. *An.*

مكه *mekke.* t. *n. propr. pro* مكة *mekket.* Mecca; *urbs Arabiæ nota in provincia Hegiaz. Wan.*

مكياز *mikjāz.* p. *n. f.* Puer; *ſcortum. Ferh.*

مكيال *mikjāl.* a. *n. f. pl.* مكاييل *mekājil.* Menſura *pec.* aridorum, etiam liquidorum, *ſcil.* inſtrumentum, *ſeu* vas, quo eorum fit menſuratio. *Gol.*

مكيان *mekjān.* a. *part. i. q.* كفيل *kefil.* Fidejuſſor, patronus. *Gol.*

مكيب *mekib.* p. 1) 2*da pers. neg.* Ne oblique incede, e recto ad curvum ne abito. 2) Ne faciem avertito, ne animum alio inclina. 3) Ne animum avertere facito, ne a via ſeducito. *Ferh.* 4) *n. f.* Vir, a recta via aberrans. *Caſt.*

مكيث *mekīs.* a. *part.* Gravis, ſedatus. *Wan.*

مكيشا & مكيشى *mikkīsā.* a. *n. f.* Mora. *Wan.*

مكيدة *mekīdet.* a. 1) *V. act.* Decipere dolo, inſidiis. 2) *n. f.* Dolus, inſidiæ, fraus. *Ingannare, inganno. Wan.* ¶ اصابت مكر و مكيدتلرندن امين اولالر *yṣābeti mekrü mekīdetlerinden emīn olaler.* Tuti ſint, caveantve a ſucceſſu machinationum dolorumque eorum, ne ab illis circumveniantur. *Ik.*

مكيدن *mekīden.* p. *V. i. q.* امك *emmek.* t. Sugere, lactere. *Succhiare, tettare, poppare. Ll.*

مكيس *mikīs.* p. *n. f. i. q.* محابا *muhābā.* Mercatus, in quo res parvo valde, & vili væneunt. *Ferh.*

مكيس *mükejjes.* a. *part. paſſ.* [2 a كيس] Aſtutus, ingenioſus, ſagax. *Gol.*

مكيس *mükīs.* p. *n. f.* 1) Exactio. 2) Telonium. *Ferh.*

مكيف *mükejjef.* a. *part. paſſ.* [2 *ab inuſit.* كيف] Qualificatus, deſignatus. *Gol.*

مكيك *mekīk.* p. *n. f.* Radius, pectenve textorum. *Ferh.*

مكيل *mikjel.* a. *n. f. pl.* مكائل *mekājil.* Menſura *pec.* aridorum, *etiam* liquidorum, *ſcil.* inſtrumentum *ſeu* vas, quo eorum fit menſuratio. *Gol.*

مكيلة *mikjelet.* a. *n. f. i. q. præc. Gol.*

مكين *mekīn.* a. *part. pl.* مكنا *mükenā.* 1) Firmiter ac recte conſtitutus. 2) Tali pollens dignitatis gradu. 3) Habitans, incolens. *Poſto, fiſſo, habitante, graue, autoreuole, poſto in dignità. Wan.* ¶ اولاد قسطنطين وراثيله قسطنطينية تختنده مكين اولديلر *ewlādi koſtantyn wirāſile koſtantynīje tæchtinde mekīn oldyler.* Filii *ſeu* poſteri Conſtantini hæreditario jure in throno conſtantinopolitano firmi manſerunt. *Li deſcendenti di Coſtantino per via hereditaria regnarono un lungo tempo nella città regia di Coſtantinopoli.* مكين تخت تمكين ايكن *mekīnī tæchtī temkīn īken.* In ſolio regali firmus exiſtens, dum regno pacifice potiretur. *Ritrouandoſi nella ſua reſidenza.* مكين كمين اولوب *mekīnī kemīn olūp.* Manens in inſidiis. *Poſtoſi in imboſcata.* سرير سلطنت و تمكين اوزره مكين اولوب *ſerīrī ſæltænetü temkīn üzre mekīn olūp.* In throno majeſtatis ſolioque regali firmatus. *Aſſiſo su'l trono reale. Sæ.*

مكين *megin.* t. *Syllaba, quæ imperativo turcicorum verborum addita inſervit ad exprimendum Latinorum* quia, *uti:*

سومكين *sewmegin.* Quia amo. &c. *V. Gramm.*

مكنة *mekīnet.* a. *part. fæm.* a مكين *mekīn.* Firmiter, ac recte constituta. *Gol.*

مكيول *mekjūl.* a. *part. pass.* Mensuratus. *Wan.*

مل

مل *mell.* a. 1) *V. act.* Primo & rudiore opere farcire vestem ante secundam suturam, كف *keff* dictam. 2) Cineribus calidis *aut* prunis supponere coquendum *panem vel carnem.* 3) Concinnare *igne arcum vel sagittam.* 4) *part.* Tædio affectus, pertæsus. *Wan.* 5) *n. f.* Pruna ignis. 6) Stigma inustum pone aurem super protuberantiore osse. *Gol.*

مل *mil.* p. *n. f.* Crinis, capillus. *Ferh.*

مل *mül.* p. *n. f.* 1) Species grossi, & insipidi pyri. 2) Vinum. *Vino. Ferh.* ¶ لعل شيرين مل فامدن بوياه شكر ريز كلام اولوردي *læ'li širīnī mül fāmden böile šeker rizī kelām olurdy.* Ex suavibus labiis ejus vini instar rubentibus hujusmodi saccharum verborum, *seu* sacchari instar dulcia verba effundebantur, *i. e.* suaviter respondebat. *Così con parole dolci rispondeua. Eb.*

ملؤ *meluw.* *V. act.* [F. 3.] 1) Implere, replere. 2) Juvare. *Gol.*

ملا *melā.* a. 1) *V. act.* Locupletem & opulentum esse, plenum opum esse. 2) *n. f. ipsa* Plenitudo opum, opulentia. 3) *part. vulgo pro* ملآن *mel-eān.* Plenus *aqua cantharus. Wan.*

ملا *melā, melen.* a. *n. f.* 1) Tempus *pec.* diurnum, *vel* nocturnum. 2) Desertum. *Wan.*

ملا *melā.* p. *n. propr.* Nom. fluvii in Sistania, *regione Persidis. Gih.*

ملأ *melee.* a. *n. f. pl.* املاء *emlāe.* 1) Turba, cœtus, ejusque conventus. 2) Populus, homines. *Wan.* 3) Deliberatio, *pec.* quæ mutui auxilii ergo instituitur. 4) Nobilitas, celsitudo. 5) Concupiscentia. 6) Opinio. *Radunanza, truppa, gente. Gol.* ¶ ملاء ناس و مجمع اناىده *meleeï, vel melāï nās we meğme-ŷ enāmde.* In conspectu & congressu, conventuve hominum, coram omnibus, publice, palam. *In presenza di tutto 'l mondo, in piena compagnia. Ik.* على ملا الناس *ālā meleen vel melāïn-nās.* Coram populo, in conspectu omnium assistentium. *Auanti tutti.*

ملء *milee.* a. *n. f. pl.* املاء *emlāe.* Res, quæ quid implet. ¶ ملء كف *mil-e kef.* Quantum capere potest manus. *Gol.*

ملاء *milāe.* a. *part.* 1) *pl. a* مليء *melīj.* Opulenti. 2) *pl. a* ملآن *mel-eān.* Pleni *aqua canthari. Gol.*

ملاء *mülāe.* a. *n. f. pl. a* ملاءة *mülā-et.* 1) Vela, queis fœminæ se tegunt. *Wan.* 2) Simplicia tentoria. *Gol.*

ملاءم *mil-eām.* a. *part.* Qui excusat illaudatos, avaros, *aut* ignavos, iisve patrocinatur. *Wan.*

ملاءمة *mülā-emet.* a. *V.* [3 a لأم] 1) Consentire, concordare. 2) Convenire, prodesse cibum *alicui.* 3) Pacem facere inter aliquos. *Gol.*

ملآن *mel-eān.* a. *part. pl.* ملاء *milāe.* Plenus *aqua cantharus. Gol.*

ملاءة *mülā-et.* a. *n. f. pl.* ملاء *mülāe.* Simplex tentorii genus. *Gol.*

ملاب *melāb.* a. *n. f.* 1) Species rei aromaticæ, similis medicamento خلوق *chælūk* dicto. 2) Crocus. *Gol.*

ملابس *melābis.* a. *n. f. pl. a* ملبس *melbes.* Indumenta, vestes. *Vestimenti, vesti. Wan.* ¶ ملابس و مآكل *melābisü meekil.* Indumenta & edulia, victus. *Il vestire, ed il mangiare. Ik.*

ملابار *melābār.* p. *n. propr.* Nom. regionis in India, *quæ etiam* منيبار *menībār dicitur. Gih.*

ملابسة *mülābeset.* a. 1) *V.* [3 a لبس] Immiscere se *negotio,* tractare *illud.* 2) Interius cognoscere *hominem. Wan.* 3) Conversari. 4) *n. f. usit.* Conversatio, commercium. *Il conuersare, trattar insieme, conuersazione, commercio. Ik.*

ملابئ *melābiï.* a *part.* Fœturæ, *seu* partui vicinæ *camelites. Gol.*

ملاة *melāt.* a. *n. f.* Dersertum, campus. *Wan.*

ملاة *mil-et.* a. *n. f.* 1) Modus, quo quid impletur. 2) Gravitas ex repletione. *Gol.*

ملءة *mül-et.* a. *n. f.* 1) Gravedo, *ut quæ ex plenitudine oritur.* 2) Morbus supremi gutturis *seu* gulæ. *Gol.*

ملاث *melās.* a. *n. f. pl.* ملاوث *melāwis,* ملاويث *mel wīs,* & ملاوثة *melāwiset.* Vir, nobilitate inclytus, *aut* gens *vel* familia talis. *Wan.*

ملاججة *mülāğğet.* a. *V.* [3 a لج] Litigando certare. *Wan.*

ملاح *mellāh.* a. *part. pl. san. i. q.* كميجي *gemigi.* 1) Patronus navis. 2) Nauta. *Marinaio, nochiere Wan.* 3) *idiomate Mauritaniæ.* Diversorium Judæorum, ubi Judæi habitant. *Domb Addit* ¶ ملاحي سفينه كذار *mellāhŷ sefine güzār.* Nauta navim ducens, rei nauticæ peritus. *Perito, isperimentato nocchiere. Ah.*

ملاح *milāh.* a. 1) *n. f.* Ventus, navim propellens. 2) Cuspis hastæ. *Gol.* 3) *pl. a* ملح *milh.* Sales. 4) *part. pl. a* مليح *melŷh.* Pulchri. *Wan.*

ملاح *millāh.* a. *part.* Qui sal vendit, *aut* possidet. *Gol.*

ملاح *mülāh.* a. 1) *part.* Pulchra, elegans, & bona *res. Wan.* 2) *n. f.* Suæda baccata; *planta Ægypti. Forsk. descr. Pl.*

ملاح *müllāh.* a. 1) *n. f.* Salsuginosa planta, ejusque species. *Wan.* 2) *part. pl. a* مليح *melŷh.* Valde pulchri, elegantes. *Gol.*

ملاحات *mülāhāt.* a. *V.* [3 a لحي] 1) Disputare, disceptare. *Gol.* 2) Probrose, alloqui. *Ingiuriare. Comid. Addit.*

ملاحة *melāhæt.* a. 1) *V. act.* Salsam esse *aquam. Gol.* 2) Bonam, lectam, elegantem esse *rem. Wan.* 3) *n. f. usit. i. q.* كوزللك *güzellik.* t. Pulchritudo. 4) Elegantia, bonitas. *L'esser bello, grazioso, e bellezza, grazia, garbo, bontà.* 5) Nautica. *Arte di navigare. Sæ.* 6) *pec. c. art.* الملاحة *el-melāhæt.* Nom. oppidi in Hispania, *quod a Granata duodecim milliaribus abest. Cas. Bibl. A. H.* ¶ ملاحة بي همتا *melāhæï bī hemtā.* Incomparabilis pulchritudo *vel* elegantia. *Bellezza eccellente, impareggiabile.*

ملاحة *mellāhæt.* a. *n. f.* 1) Salina, locus, ubi provenit sal. *Wan.* 2) Nautica. *Arte di navigare. An.*

ملاحج *melāhyğ.* a. *n. f. i. q.* مضايق *mæzājyk.* Angustiæ. *Gol.*

ملاحد *mülāhyd.* a. *part.* [3 a لحد] 1) Oblique agens, falsus, hypocrita. 2) Hæreticus, iniquus. *Sæ.*

ملاحدة *mülāhædet.* a. *V.* [3 a لحد] Oblique, torteque agere *cum alio. Gol.*

ملاحدة *mülāhydet.* a. 1) *n. coll. aut pl. a* ملاحد *mülāhyd.* Oblique agentes, falsi, hypocritæ, hæretici, iniqui. 2) *n. propr.* Mulahidæ; *dynastia arabica impiorum hominum, qui aliter quoque* اسماعيلية *ismaëylijet, i. e. Ismaelitæ,* باطنية *bātynijet i. e. Batheniani, atque* آل صباح *āli sæbāh dicti circa annum hegiræ quadringentesimum octoagesimum tertium in Yraca Persica, Kuhistania, aliisque locis crassari ceperant, impiamque suam sectam postmodum in Syria quoque dilatarunt, cui in Perside circa annum hegiræ sexcentesimum quinquagesimum tertium ab Holagu Chano, in Syria vero circa annum hegiræ sexcentesimum septuagesimum primum a Bibarso, Ægypti sultano, finis impositus est, ceterum principes horum hominum etiam* شيخ الجبال *šejchul-ğebāl dicti sunt. Tak. Tew.* ¶ اول ملاحدهنك كلمات فاسدهسي *ol mül hydenün-kelimātü fāsidesi.* Illorum hypocritarum hæreticorum verba perversa. *Li perversi discorsi di quelli eretici ipocriti. Sæ.*

ملاحز *melāhyz.* a. *n. f.* Angustiæ. *Gol.*

ملاحس *melāhys.* a. *n. f. in compos. c.* بقر *bækær* ملاحس البقر *melāhysül-bækær.* Locus desertus & incognitus, qui nescitur, ubi sit. *Gol.*

ملاحظة *mülāhæzæt.* a. 1) *V.* [3 a لحظ] Limis aspicere, observare. 2) Contemplari, recogitare. 3) *n. f.* Speculatio, contemplatio, consideratio. *Speculazione, contemplazione, pensiero, imaginazione. Wan.* ¶ ملاحظه *mülāhæzæ* t. Cogitare, recogitare, existimare. *Considerare, speculare, osseruare, imaginarsi, pensare, far pensiero.* بو ملاحظه ايله كيدركن *bu mülāhæzæ ile giderken.* Cum hac cogitatione *aut* contemplatione procedens. *Caminando con questo pensiero, ò con questa imaginazione. Eb.* اولمدوغي ملاحظه اولنور *olmadughy mülāhæzæ olunür.* Præsumptio est, non fuisse, videtur non factum esse. *Si presume, o si stima, che non sia stato. Ll.* حاضر و آماده اولمش ملاحظهسيله *hāzyrü āmāde olmyš mülāhæzæsi ile.* Eum esse promptum paratumque arbitratus. *Stimando esser egli pronto, ed apparecchiato. Ll.* جبرن الملق ملاحظهسيله *ğebren almak mülāhæzæsi ile.* Sibi persuadens fore, ut eum vi capiat. *Persuadendosi di poterlo prender per forza. Sæ.*

ملاحف *melāhyf.* a. *n. f. pl. a* ملحفة *milhæfet,* & ملحف *milhæf.* Lodices. *Wan.*

ملاحفة *mülāhæfet.* a. *V.* [3 a لحف] 1) Assiduum esse, firmiter adhærere. *Gol.* 2) Opem ferre, juvare. *Wan.*

ملاحقة *mülāhækæt.* a. *V.* [3 a لحق] Sequi, insequi. *Wan.*

ملاحك *mülāhyk.* a. *part.* [3 a لحك] *i. q.* مضايق *müzājyk.* Angustus. *Gol.*

ملاحكة *mülāhæket.* a. *V.* [3 a لحك] 1) Immitti *rem rei*, eique firmiter cohærere. *Wan.*

ملاحم *mülāhæm.* a. *part. pass.* [3 a لحم] *i. q.* ملحق *mülhæk.* 1) Adjunctus, adscititius. 2) Firmiter tortus *funis. Wan.*

ملاحمة *mülāhæmet.* a. *V.* [3 a لحم] *i. q.* الحاق *ilhāk.* Jungere *rem rei. Gol.*

ملاحنة *mülāhænet.* a. *V.* [3 a لحن] Attentam alteri facere mentem, ut intelligat. *Wan.*

ملاحي *mülāhŷj*, & ملاحي *müllāhŷj.* a. *n. f.* 1) Species uvæ albicantis & oblongæ. 2) Ficuum species. *Gol.*

ملاخ *melāch.* p. *n. propr.* Nom. insulæ unius ex illis, *quæ* زيرباد *zîrbād i. e. insulæ sub vento dicuntur. Ferh.*

ملاخاة *melāchāt.* a. *V.* [3 a لخي] 1) Amicum esse, amicitiam colere. 2) Adversari, dissentire, contradicere. 3) Conciliare sibi studere, gratiam parare, demulcere donis. *Wan.*

ملاخ *mellāch.* a. *part.* 1) Qui valide incedit, *aut* longe proficiscitur. 2) Fugitivus, qui sæpe fugit, *servus. Gol.*

ملاخبة *melāchæbet.* a. *V.* [3 a لخب] Colaphis cædere, *vel* iis certare. *Gol.*

ملاخة *melāchæt.* a. *V. act.* Insipidam esse *carnem. Wan.*

ملادة *mü'lāddet.* a. *V.* [3 a لد] Litigare *aut* contendere *pro alio. Wan.*

ملده *melade.* t. *n. propr.* Melita. *Meledà. Comid. Addit.*

ملادس *melādis.* a. *n. f. pl.* a ملدس *mildes.* Lapides magni, queis contunduntur officula dactylorum. *Wan.*

ملاذ *melāz.* a. *n. f.* 1) Confugium, asylum, patrocinium. *Rifugio, protezzione, appoggio.* 2) *pl.* a ملاذة *melāzet.* Panni sinenses serici & rubri. *Gol.* ¶ ملاذ الفقرا *melāzül-fukærā.* Refugium pauperum. *Rifugio de poveri. Ik.* درگاه معدلت دستگاهی ملاذ عباد الله ایدی *dergāhī mæ'dilet destgāhī melāzi ŷbādüllāh idy.* Aula ejus æquitatis domicilium erat, refugiumque mortalium. *La sua corte era un vero rifugio degl' huomini del mondo. Sæ.*

ملاذ *mellāz.* a. *part.* 1) Mendax, cujus facta dictis non respondent. 2) Levis *lupus. Gol.*

ملاذة *melāzet.* a. *n. f. pl.* ملاذ *melāz*, & ملاوذ *melāwiz.* Genus panni sinensis serici & rubri. *Gol.*

ملاذ *melāz.* a. *n. f.* Asylum, refugium. *Gol.*

ملاز *mellāz.* a. *n. f.* Lupus. *Gol.*

ملازة *melāzet.* a. *n. f.* Amygdalis abundans terra. *Wan.*

ملازة *mülāzzet.* a. *V.* [3 a لز] Conjungi *alicui*, *aut* habere *eum* sibi conjunctum. *Wan.*

ملازج *mülāzig.* a. *part.* Uno loco hærens nec foras prodiens *vir. Gol.*

ملازجرد *melāzgerd.* p. *n. propr. i. q.* ملازکرد *melāzgerd.* Nom. oppidi in Armenia, duorum *vel* trium dierum intervallo ab *Erzerum* dissiti. *Schult.*

ملازکرد *melāzgerd.* p. *n. propr. i. q. præc.. Scult.*

ملازم *mülāzim.* a. *part.* [3 a لزم] 1) Assiduus, affixus, individuus, inseparabilis, firmiter adhærens. 2) Perseverans, continuo adstans. 3) Serviens, *seu* famulans. *Assiduo, attaccato, continuo, corteggiano, che di continuo assiste, e serve, ò corteggia. Wan.* ¶ اول آستانده ملازم اولانلر *ol āsitānede mülāzim olanler.* Illius aulæ assidui famuli, ministrive. *Assidui servi di quella corte.* اوقات خمسده صلوات و اوراده ملازم اولوب *ewkāti chæmsede sælewāti ewrāde mülāzim olup.* Statis horis quinquies in die precationi sacræ, piisque orationibus indeficienter assistens. *Pregando Dio cinque volte il giorno ne' tempi assegnati dalla legge.* ملازم سلطان *mülāzimi sultān*, & ملازم درگاه *mülāzimi dergāh.* Aulicus principis. *Corteggiano. Sæ.* ایکی فرزندی شبهه تصاق ازالهسی اچون و فواد صفا اعتیاد شاه نیك نهاد امالهسیچون درگاه جهان پناه صوبنه ارسال اتدیکی رکاب سعادت نصاب ملازمی اولدلر و تربیه شهریار ایله زاده علیه بولالر *iki ferzendini şübhei tæzādd izāleşi ičün we füādi sæfā y'tijādi şāhī nīk nihād imālesičün dergāhi gihān penāh sæwbine irsāl itty ki rekābi se'ādet nisāb mülāzimi olaler we terbijei şehrijār ile rütbeï ālije bulaler.* Duos filios suos, ad tollendam omnem simultatis suspicionem & ad devinciendum propensumque reddendum purissimum regis clementissimi cor, animumve ad aulam regiam, verum quippe orbis asylum, misit, ut augustis stapedibus continuo adstarent, famularenturque, &, educatione penes regem comparata, ad sublimes dignitatum gradus pervenirent. دولت و اقبال رکاب سعادت مابنه ملازم ایکن *dewletü ykbāl rekābi se-*

ādet meābine mülāzim iken. Cum fortuna ac prosperitas stapedibus ejus continuo assisterent, eumque comitarentur. *Avendo seco la fortuna, e felicità per compagne. Sæ.* زمره ملازمینه الحاق اولنمق رجا ایلدیلر *zümrei mülāzimine ilhāk olunmak regiā ejlediler.* Rogarunt, ut adscriberetur numero famulorum ejus. *Lo pregarono di riceverlo nel numero de' suoi servi, ò corteggiani. Eb.*

ملازمة *mülāzemet.* a. 1) *V.* [3 a لزم] Assiduum, perseveranter addictum, & affixum esse. 2) Continuo assistere, & famulari. 3) *n. f.* Assiduitas, perseverantia. 4) Continuata servitus *aut* famulatio. *Assiduità, perseveranza, corteggio. Wan.* ¶ ملازمت *mülāzemet* t. 1) Assiduum, necessario conjunctum & individuum esse, firmiter adhærere. 2) Famulari. *Esser assiduo, corteggiare.* بر ییل قپوسنه ملازمت اتدی *bir jil kapusine mülāzemet itty.* Per integrum annum aulicus ejus fuit. *Lo segui, e corteggiò, ò stette in corte un' anno intiero. Tes.* ملازمت خدمت موحدین ایله *mülāzemeti chydmeti müwæhhydin ile.* Servitia continua præstando fidelibus, *seu* in unum Deum credentibus. *Con l'assistere a' servizii de' credenti in un Dio.* رکاب سعادت انتساب ملازمتی ایله مامور اولوب *rekābi se'ādet intisāb mülāzemeti ile meemūr olūp.* Accepto mandato, ut penes stapedes regios adstaret assiduus, fixusque. *Era deputato per assistere alla corte regia. Sæ.*

ملازه *melāze*, & ملاژه *melāje.* p. *n. f. i. q.* دلگك *dilgik.* 1) Uvula, columella gutturis. *Ferh.* 2) Palatum, *ac* os hyoides, cui lingua annectitur. 3) Caput asperæ arteriæ. *Cast.*

ملازب *melāzib.* a. *part. pl.* a ملزاب *milzāb.* Valde tenax & avarus. *Gol.*

ملاسة *melāset.* a. 1) *V. act.* [F. 1.] Mollem, lævem, & glabrum esse. 2) *n. f. ipsa* Mollities, lævor. *Wan.*

ملاسة *mellāset.* a. *n. f.* Res, qua complanatur solum. *Wan.*

ملاسنة *mülāsenet.* a. *V.* [3 a لسن] Lingua sermoneque *adversus alium* contendere. *Gol.*

ملاس *melās. i. q.* انملاس *inmilās.* a. *V. act.* Evadere, excidere *rem*, uti lubricum *quid. Wan.*

ملاس *milās.* a. 1) *V. i. q. præc.* 2) *n. f.* Petra lævis, alba. 3) Puella lævis, *aut* quæ facile elabitur, nec se teneri patitur. *Wan.*

ملاصق *mülāsyk.* a. *part.* [3 a لصق] *pl.* لصيق *læsyk. i. q.* بر برنه اولاشیجي و یاپشیجي *bir birine ulaşīğī we iapişīğī*, بتشك *bitişik.* 1) Contiguus. 2) Proximus *vicinus.* 3) Qui lateri adhæret, individuus socius, assecla. *Contiguo, prossimo, vicino, compagno, seguace. Wan.* ¶ توابع و لواحقي ملاصقي *tewābi- ū lewāhyký* بلكي جارو ملاصقي *belki ğiāru mülāsyký.* Sequaces ejus, ac ab eo dependentes famuli, immo & vicini ejus *aut* socii. *Li suoi dependenti, e servitori, come anco li suoi vicini, compagni, seguaci.* جدارنه ملاصق بر حمام *ğidārine mülāsyk bir hæmmām.* Balneum quoddam, parieti domus ejus contiguum. *Un bagno attaccato alla muraglia della sua casa. Eb.* سرحدلرکزه ملاصق اولان حدود و ثغور اسلامیه‌دن بر محل و موضع *serhædlerün-üze mülāsyk olan hüdūdü sūghūri islāmijeden bir mahællü mewzæ'.* Locus situsque ex nostris limitibus & confiniariis munimentis, quæ contigua sunt vestris confiniis. *Un posto, e luogo di nostra giurisdizione, delle nostre frontiere, che sono contigue alli vostri confini. Ll.*

ملاصقة *mülāsækæt.* a. 1) *V.* [3 a لصق] Adhærere, conjungi. 2) Contiguum esse. 3) *n. f. ipsa* Contiguitas. *Gol.*

ملاصقلق *mülāsyklyk.* t. *n. f.* Contiguitas. *Contiguità.*

ملاط *melāt*, & ملاط *milāt.* a. *n. f.* 1) Lutum, cœmentumve, quo in ædificando lapidum strues continentur, *aut* lutum, quo oblinitur paries. 2) Latus *corporis vel putei. Gol.* ¶ ابنا ملاط *ebnā milāt.* Armus, *seu* scapula cameli. *Wan.*

ملاطس *melātys.* a. *n. f.* Loca, portando, *aut* vapulando contusa *vel* attrita. *Gol.*

ملاطس *melātys.* a. *n. f. pl.* a ملطس *miltes*, & ملطاس *miltās.* Saxa, queis confringuntur ossa dactylorum. *Wan.*

ملاطف *mülātyf.* a. *part.* [3 a لطف] 1) Blandus, humanus, civilis, generosus. 2) Facetus, jucundus. *Umano, cortese, piacevole, & faceto, burlevole. Bern.*

ملاطفة *mulātæfet.* a. 1) *V.* [3 a لطف] Blandiri, gratiam, & favorem exhibere. 2) *n. f.* Blandities, beneficentia, humanitas, gratia, favor. *Accarezzamento, beneficenza, cortesia, favore, grazia. Wan.* ¶ ملاطفت *mulātæfet.* t. Blandiri, favere, beneficum esse, gratiam, favorem exhibere. *Accarezzare, favorire, aggraziare.*

ملاطمة *mŭlātæmet.* a. *V.* [3 *a* لطم] Alapam infligere *alterum alteri. Darſiſchiaffi l'un' all' altro. Wan.*

ملاطية *melātijet.* a. *n. propr.* Malatia; *urbs Aſiæ in provincia* مرعش *mer-æś, quæ antiquitus Melita, vel Melitene compellabatur. Gih.*

ملاظة *mŭlāzzæt.* a. 1) *V.* [3 *a* لظ] Aſſiduum, & conſtantem eſſe in prælio, aut pugna. 2) *n. ſ. ipſa* Aſſiduitas & conſtantia *in prælio. Gol.*

ملاع *melā*ʾ. a. *n. ſ.* 1) Inceſſus, qui cum celeritate, & levitate fit. *Wan.* 2) *ſing.* & *pl.* Deſertum, in quo nil provenit. *Wan.* ¶ عقاب ملاع *ūkkābī melā*ʾ. Aquila deſerti, *vel* certa aquilæ *ſeu* accipitris ſpecies, mures campeſtres venans: *eſtque adagium, quod* de re rariſſima *uſurpatur. Gol.*

ملاعب *melā-ȳb.* a. *n. ſ. pl. a* ملعب *mel-æb.* Ludicra. *Giuochi, ſcherzi. Ik.*

ملاعب *mŭlā-ȳb.* a. *part.* [3 *a* لعب] Colludens. ¶ ملاعب ظله *mŭlā-ȳbŭ zŭllihi.* Nom. avis, quæ umbram formæ ſuæ in aqua videns, eam capere intendit. ملاعب الأسنة *mŭlā-ȳbul-eſinet.* Agnomen viri. *Wan.*

ملاعبة *mŭlā-æbet.* a. *V.* [3 *a* لعب] Colludere *cum aliquo mulierem. Giuocar, ò ſcherzar inſieme, traſtularſi. Wan.*

ملاعجة *mŭlā-æget.* a. *V.* [3 *a* لعج] Graviter premere & angere *rem. Gol.*

ملاعق *melā-ȳk.* a. *n. ſ. pl. a* ملعقة *milækæt.* Cochlearia. *Wan.*

ملاعن *melā-ȳn.* a. *n. ſ. pl. a* ملعنة *melænet.* Latrinæ, diverſoria, manſiones *hominum. Gol.*

ملاعنة *mŭlā-ænet.* a. *V.* [3 *a* لعن] 1) Execrari, maledicere *alterum alteri. Wan. Maledirſi l'un l'altro.* 2) Judicare, ſententiam dicere *inter litigantes judicem. Gol.*

ملاعين *melā-ȳn.* a. *part. pl. a* ملعون *melūn.* Maledicti, execrandi. *Maledetti. Ll.*

ملاغ *mŭllāgh.* a. *part. pl. a* مالغ *mālygh.* Terribiles *viri. Gol.*

ملاغم *melāghym.* a. *n. ſ.* Partes oris externæ, ad quas pertingit lingua, & quibus in camelo adhærere ſpuma ſolet. *Wan.*

ملاق *melāk.* a. *n. ſ.* Inſtrumentum, quo lævigatur murus *vel* terra, trulla, occa. *Gol.*

ملاقا *melāka.* p. *n. propr.* Malaca; *urbs Indiæ orientalis. Comid. Addit.*

ملاقات *mŭlākāt.* a. 1) *V.* [3 *a* لقو] Occurrere, obviam fieri. 2) Adoriri. 3) Colloqui. 4) *n. ſ.* Congreſſus, occurſus. 5) Colloquium. *Incontro, abboccamento. Wan.* ¶ ملاقات ا *mŭlākāt* e. 1) Occurrere. 2) Congredi, convenire. 3) Colloqui. *Incontrarſi, abboccarſi* حضورمزه ملاقات اولدي *huzūrŭmŭze mŭlākāt oldy.* Nobiſcum convenit, coram nobis comparuit, contulit nobiſcum. *Si è abbochato con noi, hà hauuto da noi udienza. Ll.* پاشا ايله ملاقات ايدوب خصوص مزبور تمشيتنده مطارحه ايدهسز *pāśā ile mŭlākāt idŭp chusūsȳ mezbūr temśijetinde mutārœhæ ideſiz.* Cum baſſa congreſſi de perficiendo illo negotio noto conferatis. *V' abboccarete col baſſa, e procurarete queſto noſtro ſeruizio. Sæ.*

ملاقة *mŭlākæt.* a. *V.* [3 *a* لقو] *i. q. præc. Gol.*

ملاقح *melākyh.* a. *part.* 1) *pl. a* ملقح *mŭ'kæh.* Admiſſarii. 2) *pl. a* ملقحة *mŭlkæhæt.* Fœtæ *camelites. Wan.*

ملاقس *mŭlākys.* a. *part.* [3 *a* لقس] Probroſo *vel* ridiculo cognomine appellans *alterum,* talemve tolerans. *Gol.*

ملاقسة *mŭlākæsæt.* a. *V.* [3 *a* لقس] Cognomine probroſo *vel* ridiculo excipere ſe invicem. *Gol.*

ملاقطة *mŭlākætæt.* a. 1) *V.* [3 *a* لقط] E regione reſpondere, congruere. 2) *n. ſ.* Cum quaterni pedes equi ſimul prehenduntur. *Gol.*

ملاقعة *mŭlākœ-æt.* a. *V.* [3 *a* لقع] Contendere *contra aliquem verbis, aut* iis ſuperare ſtudere. *Gol.*

ملاقي *mŭlākȳ.* a. *V.* [3 *a* لقي] 1) Occurrens, congrediens. 2) Adoriens. 3) Ad colloquium conveniens. *Che s'incontra, s'abbocca con uno. Wan.* ¶ ملاقي ا *mŭlakȳ* ol. Congredi, convenire. *Incontrarſi, abboccarſi.* روح بدنده ملاقي ايكن *rūh bedene mŭlākȳ iken.* Dum anima corpori conjuncta eſt. *Mentre ſi ritroua l'anima nel corpo. Sæ.*

ملاقيح *melākȳh.* a. *n. ſ. pl. a* ملقوحة *melkūhæt.* Fœtus in utero *camelitum. Wan.*

ملأك *mel-ek* a. *n. ſ. pro uſit.* ملك *melek. pl.* ملائك *melāik,* & ملائكة *melāiket.* 1) Angelus, *quaſi a DEO miſſus.* 2) Legatio. 3) Epiſtola. *Gol.*

ملاك *melāk.* a. *n. ſ.* 1) Id, quo quid ſubſiſtit *aut* continetur. 2) Poteſtas. *Wan.* 3) Continentia. 4) Poſſeſſio. ¶ ملاك الجسد *melākŭl-gesed.* Cor. *Gol.* اول أملاكي ملاكي بدنده ابقا اولندي *ol emlākī melākī jedinde ibkā olundy.* Illa bona in ſuam poſſeſſionem redacta ipſi relicta, confirmata fuerunt. *Quelle collazioni furono confermate a' poſſeſſori. Sæ.*

ملاك *milāk.* a. 1) *n. ſ.* Connubium, *vel* deſponſatio, *ſeu* conubii contractus, *pro quo melius* املاك *imlāk dicitur.* 2) Lutum. 3) Pes equi *ſive* anterior, *ſive* poſterior. *Gol.* 4) Id, quo quid ſubſiſtit, *aut* continetur. 5) Poteſtas. *Wan.* 6) *part.* Sequax camelorum *camelitis. Gol.*

ملأكة *mel-eket.* a. *n. ſ.* 1) Legatio. 2) Epiſtola. *Gol.*

ملاكة *melāket.* a. *n. ſ.* Poſſeſſio. *Wan.* ¶ ماله مولى ملاكة دون الله *mā lehu mewlā melāketin dewnallāhi.* Nemo illum poſſidet, niſi Deus. *Gol.*

ملاكة *milāket.* a. 1) *V.* Poſſidere, dominio tenere. 2) *n. ſ.* Poſſeſſio. *Wan.*

ملاكد *mŭlākid.* a. *part.* [3 *a* لكد] Qui compedem ſibi incedenti moleſtiorem commodius adaptat. *Gol.*

ملاكمة *mŭlākemet.* a. *V.* [3 *a* لكم] Aliquem pugnis contundere. *Dar dei pugni à qualcheduno. Comid. Addit.*

ملاكيع *melākī*ʾ. a. *n. ſ.* Impuræ aquæ, quæ exeunt cum fœtu. *Gol.*

ملال *melāl.* p. *n. ſ.* 1) Triſtitia, tedium, faſtidium. 2) Afflictio, dolor. *Tedio, faſtidio, triſtizia, dolore. Ferh.* ¶ حزن وملال *huznŭ melāl,* & محنت وملال *myhnetŭ melāl.* Afflictio, tædium, *aut* triſtitia. *Auerſità, e triſtizia, afflizzione.* پرسش حال ملال مآلنه اغاز ايدجك *pŭrſiśī hālī melāl meāline aghāz idigek.* De afflicto ejus ſtatu ſciſcitari incipiens. *Cominciando à dimandare del ſuo miſerabile ſtato. Ik.* سؤال احوال پر ملال ايلديلر *sŭalī āhwālī pŭr melāl ejlediler.* De afflicto rerum ſtatu ſciſcitati ſunt. *Eb.*

ملال *mŭlāl.* a. *n. ſ.* 1) Calor febrilis in oſſe. *Wan.* 2) Sudor febrilis. 3) Dolor dorſi. 4) Cum quis ſe inquietus in lecto de latere in latus verſat præ mœrore *vel* morbo. 5) Lignum capuli enſis. 6) Externa pars *vel* manubrium arcus. *Gol.*

ملالة *melālet.* a. 1) *V. act.* Faſtidire, tædium capere, pertæſum eſſe. 2) *n. ſ. ipſum* Tædium, faſtidium, triſtitia, afflictio animi. 3) *part.* Tædio affectus. *Tedio, faſtidio, triſtizia, malinconia. Gol.*

ملالي *melālī.* p. 2. *pers. imperat. neg.* 1) Ne conquerere. 2) Ne nugeris. *Ferh.*

ملام *melām.* a. *n. ſ.* 1) Opprobrium, dedecus. 2) Reprehenſio. *Rimprouero, riprenſione, vergogna, diſonore. Wan.* ¶ ذل وملام *zŭllŭ melām.* Vilitas, *ſeu* contemptus & opprobrium *vel* ignominia. *Viltà, ſprezzo, ed ignominia. Ik.* ترك ملام مسلكني مرام ايدوب *terkī melām meslikini merām idŭp.* Cupiens a probroſis verbis contumeliisve abſtinere. *Volendo laſciare le cattiue parole. Sæ.*

ملأم *mil-em.* a. *part.* Qui illaudatum, *aut* ignarum excuſat. *Wan.*

ملأم *mŭle-em.* a. *part.* Loricatus, lorica indutus. *Wan.*

ملأمان *mel-emān.* a. *part.* Ob culpam commiſſam reprehenſione dignus. *Wan.*

ملأمة *mel-emet.* a. *V.* Avarum, reprehenſione dignum, illaudatum eſſe. *Wan.*

ملامة *melāmet.* a. 1) *V. act.* Exprobrare, vituperare. 2) *n. ſ. pl.* ملايم *melājim.* Reprehenſio. 3) Contumelia, opprobrium. *Riprenſione, opprobrio, maledicenza. Wan.* ¶ ملامت ا *melāmet* e. 1) Exprobrare, reprehendere, vituperare. 2) Opprobrio afficere. *Rimprouerare, riprendere, dir male d'altri.* ملامت زده *melāmet zede.* Opprobrio affectus. *Vituperato. Ik.*

ملاءمة *mŭlā-emet.* a. *V.* [3 *a* لأم] Componere populi altercationes, & conjungere inquietos. *Wan.*

ملامج *melāmig.* a. *n. ſ.* Latera oris. *Gol.*

ملامح *melāmyh.* a. *n. ſ. pl. irreg. a* لمحة *lemhæt.* Emicantes faciei partes *pec.* cum ſimilitudine quadam cum facie alterius. *Wan.* ¶ ملامح من أبيه *melāmyhu min ebīhi. i. q.* لمحة من ابيه *lemhætŭ min ebīhi.* Notæ apparentes ſimilitudinis paternæ. شهزاده شمايلنه ملامح ايدي *śehzāde śemāiline melāmyh idy.* Similitudine principem referebat. *Si confaceuano col ſembiante del prencipe. Sæ.*

ملامخة *mŭlāmæchæt.* a. *V.* [3 *a* لمخ] Colaphis cædere. *Gol.*

ملامسة *mŭlāmeset.* a. 1) *V.* [3 *a* لمس] Contingere manu & palpare, palpando captare. 2) Subigere *puellam.* 3) *n. ſ.* Mercaturæ modus, quo, qui alterius merces palpaverit, emere eas debeat certo pretio, *quod quidem lege vetitum. Gol.*

ملامل *melāmil.* a. *n. ſ.* Celer aſinus. *Gol.*

ملامية *melāmījet.* a. *part.* Qui corde religioſus eſt, exteriore *autem* forma *ac* geſtu nequam habetur. *Caſt.*

ملأان *mel-en.* a. *part.* Plenus *aqua cantharus.* *Wan.*

ملان *melān.* p. 1) *adj.* i. q. مجنبان *müğnibān.* Alienigena. *Ferh.* 2) *n. propr.* Nom. oppidi in regione Mükran. *Gih.*

ملآنة *mel-ānet.* a. *part. pl.* ملا *milā.* Plenus *aqua cantharus.* *Gol.*

ملاوات *mülāwāt.* a. *V.* [3 *a* لوى] 1) Torquere & inflectere ſe *ſerpentem.* 2) Obvolvere ſe *homini.* *Gol.*

ملاوة *melāwet*, *milāwet*, & *mülāwet.* a. *n. f.* Tempus diuturnum. *Wan.*

ملاوث *melāwis.* a. *n. f. pl.* a ملاث *melās.* 1) Loca, quæ quis obit, *aut* quo confugit. 2) Viri, nobilitate inclyti, *aut* gentes *vel* familiæ tales. *Wan.*

ملاوثة *melāwiset.* a. *n. f. pl.* a ملاث *melās.* *i. q. præc.* *Wan.*

ملاوذ *melāwiz.* a. *n. f. pl.* a ملاذة *melāzet.* Panni ſinenſes ſericei & rubri. *Gol.*

ملاوذة *mülāwezet.* a. *V.* [3 *a* لوذ] Confugere ad invicem. *Gol.*

ملاوصة *mülāwæſæt.* a. *V.* [3 *a* لوص لاص] Furtim aſpicere per rimas portæ *aut* ſimili modo. *Gol.* 2) In utramque partem aſpicere, qua parte quis arborem amputare velit. *Wan.*

ملاوط *mülāwæt.* a. *V.* [3 *a* لوط] Rem habere cum mare *Sodomitarum more, qui populus Lothi arabibus dicitur.* *Wan.*

ملاوطة *mülāwætæt.* a. *V.* [3 *a* لوط] *i. q. præc.* *Gol.*

ملاوعة *mülāwæ-ăt.* a. *V.* [3 *a* لوع] Viciato colore afficere *ſolem.* *Gol.*

ملاوم *melāwim.* a. *n. f. pl.* a ملامة *melāmet.* Reprehenſiones. Opprobria. *Wan.*

ملاومة *mülāwemet.* a. *V.* [3 *a* لوم] Reprehendere, culpare ſe invicem. *Biaſimarſi, riprenderſi l'un l'altro.* *Wan.*

ملاويث *melāwīs.* a. *n. f. pl.* a ملاث *melās.* Loca refugii. *Wan.*

ملاه *melāh.* p. *n. f.* Juncus. *Ferh.*

ملاهات *mülāhāt.* a. *V.* [3 *a* لهو] 1) Propinquam evadere rem, accedere. 2) Prope eſſe. 3) Diſputare, contendere, litigare. *Gol.*

ملاهسة *mülāheset.* a. *V.* [3 *a* لهس] 1) Præ aviditate proruere *ad cibum.* 2) Properare ad rem aliquam, & confluere alios premendo. *Gol.*

ملاهى *melāhī.* a. *n. f. pl.* ملهى *mülhā.* 1) Inſtrumenta muſica. 2) Ludicra & prohibita, *ſeu* lege vetitæ recreationes. *Muſiche, giuochi, ricreazioni laſciue, prohibite dalla legge.* *Wan.* ¶ ترك ملاهى *terki melāhī* e. Ludicra, *aut* muſicas, laſcivaſve recreationes deſerere. *Laſciar le coſe, che ripugnano alla legge diuina.* كثرت ملاهى و ادمان معاصي و مناهي *Keſreti melāhī we idmānī me-āsȳ wü menāhī.* Multitudo laſcivorum ludorum, & exercitium peccatorum, ac rerum, lege vetitarum. *La moltitudine de peccati.* *Sæ.*

ملاى *melāj.* p. *n. propr.* 1) Ora maritima Malabariæ in India. 2) Nom. metropolis inſulæ *aut* peninſulæ, قمار *komār* dictæ in eadem Jndia. 3) Nom. inſulæ in mari Indico. *Herb.*

ملأى *melāj.* a. *pārt. fæm.* a ملأان *meleān.* Plena *menſa.* *Wan.*

ملايثة *mülājeset.* a. *V.* [3 *ab inuſit.* ليث] 1) Referre leonem. 2) Leonis inſtar ſtrenue certare. 3) Gloriari. *Gol.*

ملايس *mulājis.* a. *part.* Lentus, tardus. *Gol.*

ملائك *melāik.* a. *n. f. pl.* a ملك *melek*, *ſeu* ملأك *mel-ek.* Angeli. *Angeli.* ¶ ملائكلر *melāikeler.* Idem. *Tef.* * *Expreſſ. fig.* ملائك پيند مبارك قدم *melāik pejend*, *h. e.* *mübārek kædem.* Felici omine, fauſto progreſſu. *Ferh.*

ملائكة *melāiket*, *vulg.* *melāike.* a. *n. f. pl.* a ملك *melek.* *i. q. præc.* *Tef.* ¶ سورة الملائكة *sūretül-melāiket.* *i. e.* ſura angeli dicta; *inſcriptio ſuræ in Corano, numero trigeſimæ quintæ, quæ etiam* سورة الفاطر *sūretül-fātyr dicitur.* *Marrac.*

ملايلة *mülāilet.* a. *V.* [3 *ab inuſit.* ليل] Noctu quid agere. *Wan.*

ملايم *mülājim*, & *mülāim.* a. *part.* 1) Mitis, manſvetus, facilis, affabilis. 2) Mollis, tener. 3) Conveniens, conſentiens, conformis. *Mite, manſueto, facile, benigno, molle, tenero, morbido, & conueneuole, conforme, giuſto.* *Wan.* ¶ ملايم ا *mülāim* e. Manſuefacere, emollire, demulcere. *Manſuefare, ammollire, piegare.* تقديمي ملايم كوريلوب *tæktīmī mülāim görilüp.* Illum præferre arbitrati *aut* juſtum opinati. *Stimando giuſto di preferirlo.* *Sæ.*

ملايمة *mülājemet.* a. 1) *V.* [3 *a* لأم] Conſentire, concordare, convenire. 2) Prodeſſe. 3) Pacem *inter diſſentientes* facere. 4) *Vuſit. n. f.* Manſuetudo, lenitas, humanitas, facilitas. 5) Mollities, teneritudo. *Manſuetudine, affabilità, benignità, tenerezza, morbidezza.* *Wan.* ¶ ملايمت ا *mülājemet* e. Facilem ſe præbere, humanitatem exhibere, blandiri. *Uſar piaceuolezza, moſtrarſi facile, affabile.* بز ملايمة ايتدكجه *biz mülājemet ittükče.* Quo majore uſi ſumus placiditate *aut* humanitate. *Quando noi procedeſſimo con maggior umanità, e piaceuolezza.* حسن تعبير و ملايمة تقرير ايله اول محلده بر قلعه بناسي ايچون استيذان ايتديلر *husnī tæ'bīr we mülājemetī tækrīr ile ol mæhalde bir kæl-ă bināſi ičiün iſtizān ittiler.* Eleganti expoſitione & blanda relatione *aut* humanis verbis petiit facultatem erigendi arcem in eo loco. *Chieſe con termini corteſi la licenza per fabricar una fortezza in quel luogo.* سلام كلامني و محبت آميز پيامني نقل ايدوب اظهار ملاطفت و اشعار ملايمت ايلدي *ſelām kelāminī we muhæbbet āmīz pejāminī nækl idüp yzhārī mülātæfet we iš-ārī mülājemet ejledy.* Salutem nomine ſuo illis dici, ac benevolentiæ officia exhiberi jubens, humanitatem ac facilitatem omnem præ ſe tulit. *Li ſalutò da parte ſua amicheuolmente, e paſſò con loro li complimenti d'honore, e di benevolenza.* *Sæ.*

ملايملك *mülāimlik.* t. *n. f.* Manſuetudo, facilitas, humanitas. *Manſuetudine, facilità, benignità.*

ملاينة *mülājenet.* a. *V.* [3 *a* لين] Lenem, blandumque ſe præbere, leniter, placideque & blande *cum aliquo* agere. *Gol.*

ملبب *mülebb.* (*minus bene* ملبب *mülbeb*) a. *part. paſſ.* [4 *a* لب] Alligatam ſibi antilenam habens *equus.* *Wan.*

ملببة *mülbebet.* a. *part. fæm.* a ملبب *mülbeb.* Alligatam ſibi antilenam habens *equa.* *Gol.*

ملبّة *mülebbet.* a. *part. fæm.* a ملبّ *mülebb.* *i. q. præc.* *Gol.*

ملبد *melbed.* a. *n. f.* Leo. *Gol.*

ملبد *mülbed.* a. *part. paſſ.* [4 *a* لبد] 1) Coacta ſimul, compactaque *res cum re.* 2) Primilia ſibi inſtrata habens *equus.* *Wan.*

ملبد *mülbid.* a. 1) *part.* [4 *a* لبد] Subſiſtens, conſiſtens. 2) *n. f.* Camelus, caudam natibus impingens. *Gol.*

ملبس *melbes.* a. *n. f. pl.* ملابس *melābis.* 1) Indumentum, veſtis. *Veſtimento, veſte.* 2) Quo quis fruitur, *ſeu* cujus optatur uſus, fructusve. *Wan.* ¶ ان فيه لملبسا *inne fīhi lemelbeſen.* Utique in eo gratum quid & benignum eſt, minime ſuperbus. *Gol.*

ملبس *milbes.* a. *n. f. pl.* ملابس *melābis.* Indumentum, veſtis. *Gol.*

ملبّس *mülebbes.* a. *part. paſſ.* [2 *a* لبس] 1) Veſtitus, *pec.* compte indutus, conтectus. *Gol.* 2) Mixtus, commiſtus, confuſus. *Veſtito, attillato, galante, & miſchiato, confuſo, imbrogliato.* *Tef.*

ملبّس *mülebbis.* a. *part.* [2 *a* لبس] 1) Miſcens, commiſcens, confundens. 2) Veritatem celans, tegens. 3) Decipiens, fraudulenter agens. *Gol.*

ملبّك *mülebbæk.* a. *part. paſſ.* [2 *a* لبك] Spiſſior *offa*, eaque pinguedine mixta & emollita. *Wan.*

ملبن *melben.* a. *part.* Lactaria *res, herba, ſcil.* lac ovium augens. *Gol.*

ملبن *milben.* a. *n. f.* 1) Mulctrum, in quo mulgetur lac. 2) Modulus rectangularis, in quo lateres e luto efformantur, *aut* inſtrumentum, in quo portantur lateres. *Wan.* 3) Collum lactis. *Gol.*

ملبن *milben.* p. *adj.* Laterarius. *Matonajo.* *Comid.* *Addit.*

ملبن *mülbin.* a. *part.* [4 *a* لبن] Lac in uberibus continens gignenſve *ovis.* *Gol.*

ملبّن *mülebben.* a. 1) *part. paſſ.* [2 *a* لبن] E luto formatus, coctusque *later.* *Gol.* 2) *n. f.* Coctura ex prunis in tabula plana exſiccatis, & in telæ formam convoluta. *Wan.*

ملبنة *melbenet.* a. *part. fæm.* a ملبن *melben.* Lactaria *herba*, lac ovium augens. *Wan.*

ملبنة *milbenet.* a. *n. f.* Cochlear. *Gol.*

ملبنة *mülbinet.* a. *part. fæm.* a ملبن *mülbin.* Lac in uberibus continens gignenſque *ovis.* *Wan.*

ملبوب *melbūb.* a. *part. paſſ.* 1) Ingenio pollens. 2) Alligatam ſibi antilenam habens *equus.* *Gol.*

ملبوبة *melbūbet.* a. *part. fæm. præc.* *Gol.*

ملبوس *melbūs.* a. *part. paſſ.* 1) Veſtitus. 2) Confuſus. *Gol.*

ملبوسات *melbūsāt.* a. *n. f. fæm. præc.* Res, quæ induuntur, veſtimenta, amictus. *Veſtimenti, veſtiti.* *Del.*

ملبوط *melbūt.* a. *part. paſſ.* Coryza laborans. *Gol.*

ملبون *melbūn.* a. *part. paſſ.* 1) Lacte educatus *vel* nutritus *equus.* 2) Lacte velut ebrius, *nam & lac camelinum inebriat vini inſtar.* *Wan.*

ملبّى *mülebbī.* a. *part.* [2 *a* لبأ] Coloſtrum in mammis habens, coloſtro plena *ovis.* *Gol.*

ملّة *mellet.* a. 1) *V. act.* Tædere. 2) *n. f.* Tædium, faſtidium. 3) Cineres calidi, *ac* factus in iis ſcrobs. ¶ ذو ملّة *zü mellet.* Pertæſus, faſtidio captus. *Wan.*

ملة *millet.* a. *n. f. pl.* ملل *milel.* 1) Lex, quam quis ſequitur, religio. 2) *uſit.* Populus, gens, natio. *Religione, & gente, popolo, nazione. Wan.* ¶ ملت مسيحيه *milleti mesyhyje.* Religio *aut* gens chriſtiniana. *Religione, ò nazione chriſtiana.*

ملة *müllet.* a. *n. f.* Prima & rudis ſutura. *Gol.*

منا *menā, seu menen.* a. *n. f.* 1) Mors. 2) *dual.* منوان *menewāni,* & منيان *menejāni, pl.* امنا *emnā,* امني *emni,* & مني *müni, münij.* Trutina. 3) Mensura aridorum. 4) Definita quantitas rei, mensura & modus. 5) Fatum. 6) Res, parsve, alteri e regione opposita. 7) *inusitata apocope & licentia poetica pro* منازل *menāzil.* Mansiones. *Gol.*

منا *minā.* a. *n. f.* Ponderis genus, *quod apud Arabes hispanos duas libras, apud Asiatas ducentas sexaginta drachmas appendebat.* ¶ منا انطاليه *minā entālijet. i. e. mina Anatolica,* & منا آلمصري *minel-mysrī i. e. mina ægyptiaca.* Pondus sedecim unciarum. منا آلرومي *miner-rūmī. i. e mina græca.* Pondus viginti unciarum. منا آلاسكندري *minel-eskenderī. i. e. mina alexandrina.* Pondus triginta unciarum. *Cas. Bibl. A. H.*

مناب *menāb.* a. 1) *V. act.* [F. I.] Vicem subire, ac explere *pro alio* vicarium, operam præstare, locumtenentem esse. 2) *n. f.* Locumtenentia, Vicariatus. 3) Locus, ubi quis consistit, *vel* ubi quis ceu vicarius agit. *Luogotenenza, vicariato, & luogotenente. Wan.*

مناباة *münābāt.* a. *V.* [3 a نبا] 1) Renuntiare *alterum alteri.* 2) Deserere consuetudinem. 3) Recedere *ab altero. Gol.*

منابذة *münābezet.* a. *V.* [3 a نبذ] 1) Projicere *alterum ad alterum.* 2) Dicere, projiciatur, *vel* projiciam ego ad te pannum, *qua re emptio, & venditio necessarium effectum habent.* 3) Apertum *cum aliquo* gerere bellum. 4) Recedere & digredi ab adversario in pugna. 5) Seorsim secedere ad latus. *Gol.*

منابر *menābir.* a. *n. f. pl. a* منبر *mimber.* Suggestus, pulpita, loca elatiora. *Luoghi alti, pulpiti, catedre, pergoli. Sæ.*

منابض *menābyz.* a. *n. f. pl. a* منبض *mimbæz.* Instrumenta, queis carminatur, dividiturve gossipium. *Gol.*

منابع *menābi'.* a. *n. f. pl. a* منبع *membæ'.* Scaturigines. *Sæ.*

منابلة *münābelet.* a. *V.* [3 a نبل] Certare sagittis, *vel* solertia. *Wan.*

مناة & منات *menāt.* a. *n. propr.* Nom. idoli, culti quondam ab Hudeilitis & Choraatis inter Meccam & Medinam. *Gol.*

مناتح *menātyh.* a. *n. f.* 1) Pori *sudoris. Gol.* 2) Loca, in quibus aqua stillare solet. *Wan.*

مناتين *menātīn.* a. *part. pl. a* منتن *müntin.* Fœtentes, male olentes *homines, utres. Wan.*

مناث *men-es.* a. *V. act.* Distare, longius abesse. *Gol.*

مناث *mün-es.* a. *part. pass.* [4 a نأث] Qui procul a suis profectus est. *Gol.*

مناجاة *münāğiāt.* a. 1) *V.* [3 a نجا] Dicere *aut* comunicare alteri arcanum, quid, *vel* clanculum cum eo loqui. 2) *n. f.* Oratio, preces. *Preghiere, raccommandazione. Wan.* ¶ اول قاضي آلحاجاته عرض مناجات ايلدي *ol kāzyül-hāğiāte ærzy münāğiāt ejledy.* Illi judici *aut* definitori necessitatum *Deo* preces suas exposuit, se supplex commendavit. *Si raccommandò a Dio. Eb.* وقابه مناجات و عرض حاجات ايلدي *wehhābe münāğiātü ærzy hāğiāt ejledy.* Idem. *Sæ.*

مناجح *menāğih.* a. *part. pl. a* منجح *münğih.* Felices, faciles, prosperosque rerum successus habentes. *Gol.*

مناجد *menāğid.* a. *n. f. pl. a* منجد *minğed.* Monilium species, gemmis & margaritis plumatæ, quæ de collis suspenduntur, & ad immas manus pertingunt. *Gol.*

مناجد *münāğid.* a. *part.* [3 a نجد] 1) Adjutor, defensor. *Gol.* 2) Qui pugna dimicat. *Wan.*

مناجدة *münāğedet.* a. *V.* [3 a نجد] Adjuvare, opem ferre, defendere. *Wan.*

مناجذ *menāğiz.* a. *n. f. pl. irreg. a* جلذ *ğiülz.* Talpæ. *Gol.*

مناجزة *münāğezet.* a. *V.* [3 a نجز] Ad pugnam se accingere, descendere in arenam. *Gol.*

مناجل *menāğil.* a. *n. f. pl. a* منجل *minğel.* Falces messoris. *Wan.*

مناجب *menāğib.* a. *n. f. pl. a* منجاب *mingiāb.* Viri imbecilles. Edolatæ sagittæ, alis & cuspide carentes. *Wan.*

مناجح *menāğih.* a. *part. pl. a* منجح *münğyh.* Felices, fortunati. *Gol.*

مناجح *menāğyh.* a. *part. pl. a* منجح *münğyh. i. q. præc. Gol.*

مناجيق *menāğyk.* a. *n. f. pl. a* منجيق *menğyk.* Machinæ bellicæ petrariæ, queis jaciuntur saxa. *Gol.*

مناجين *menāğin.* a. *n. f. pl. a* منجون *mengūn.* Rota *aut* magna trochlea, quarum ope hauritur aqua. *Gol.*

مناح *menāh.* a. *part.* Donator, largitor. *Gol.*

مناحبة *münāhæbet.* a. *V.* [3 a نحب] 1) Litis ergo *ad judicem* vocare, & abducere *eo* adversarium. *Wan.* 2) Certare loris. 3) Certare deposito pignore. *Gol.*

مناحة *menāhæt.* a. *n. f.* Infaustæ & nefastæ res. *Gol.*

مناخر *münāhyr.* p. *n. propr.* Nom. districtus in ditione transoxanicæ urbis Bocharæ. *Gih.*

مناخ *münāch.* a. *n. f.* Locus, ubi cameli cubant. *Gol.*

مناخة *menāchæt.* a. *n. propr.* Nom. civitatis in Jemen in districtu حراز *hæzzāz. Nieb. descr. Arab.*

مناخر *menāchyr.* a. *n. f. pl. a* منخر *menchyr,* & *minchyr.* Nasi, *seu potius* foramina nasi. *Wan.*

مناخسة *münāchæset.* a. *V.* [3 a نخس] Defluere, & quasi propelli *lacus* alios in alios. *Gol.*

منادات *münādāt.* a. *V.* [3 a ندو] 1) Vocare ad se, convocare. 2) Inclamare, præconizare. 3) Confidere *alteri,* & una *cum eo* esse in conventu. 4) Gloriari contra alium. 5) Manifestare, *aut* aperire *arcanum suum.* 6) Manifestari *alicui,* patereque *viam.* 4) Videre, ac scire *rem. Gol.*

¶ منادات *münādāt* e. Proclamare, ut facit *præco publicus. Bandire, gridare, promulgare.*

منادح *menādyh.* a. *n. f. form. pl.* Loca transitus. *Wan.*

منادسة *münādeset.* a. *V.* [3 a ندس] 1) Confodiendo certare. *Wan.* 2) Incedendo cum aliquo contendere. *Gol.*

منادغة *münādæghæt.* a. *V.* [3 a ندغ] Verbis blandis lepidisque demulcere. *Gol.*

منادم *münādim.* a. *part.* [3 a ندم] Sodalis, ac familiaris. *Wan.*

منادمة *münādemet.* a. *V.* [3 a ندم] 1) Socium se præbere in potando *vino,* compotorem esse. *Tener compagnia nel bere.* 2) Esse confidentem cum aliquo. *Wan.*

منادي *menādī.* a. *n. f. q. pl. a* ندا *nidā.* Proclamationes, præconis voces. *Bandi, gridi. Eb.*

منادي *münādī.* a. *part.* [3 a ندو] Præco. *Banditore, proclamatore, gridatore. Wan.* ¶ منادي قلديلر *münādiler münādī kyldiler.* Præcones proclamarunt. *Li banditori fecero gridi, e promulgarono.* منادیلر ندا ايتدروب *münādiler nidā ittürüp.* Per præcones publicos id promulgari jubens. *Fatto ciò promulgare, e publicare. Sæ.*

مناديل *menādīl.* a. *n. f. pl. a* منديل *mindil.* Mantilia. *Wan.*

منذر *münāzir.* a. 1) *part. pl. a* منذر *münzir.* Monitores, dehortatores. 2) *pec. cum art.* المناذر *el-münāzir. pl.* المناذرة *el-münāzeret. nom. propr. Nom.* poetæ & principis Arabum. 3) Nomen totius tribus Arabum. *Wan.*

منار *menār.* a. *n. f.* 1) Locus lucis. 2) Signum *pec.* viæ, limes, terminus collimitaneus. 3) Turris penes templum, ex qua præco indicat tempus sacrarum precum. *Wan.* ¶ ذو آلمنار *zül-menār.* Cognomen Abrahæ, regis Arabiæ felicis, *ita dicti, quod primus signa in expeditionis suæ viis erexerit, per quas redire voluit. Poc. spec. H. A.* منارنده اذان محمدي و منابرنده خطبهء سلطان محمدي اوقندي *menārinde ezānī muhæmmedī, we menābirinde chutbeï sultān muhæmmedī okundy.* Ex ipsius turribus præconizatio precum, lege mohammedana præcepta, & ex ejus pulpitis faustæ apprecationes publicæ sultano Mohammedi imperatori factæ sunt. *Sæ.*

منارة *menāret.* a. *n. f. pl.* مناور *menāwir,* & منائر *menājir, aut menāir.* 1) Locus lu-

lucis. 2) Lychnuchus, candelabrum, laterna, pharus. 3) *uſit.* منارة *menāret, menāre.* Turris, delubro appoſita, ex qua æditúus mohammedanus precationis horam promulgat. *Gol.*

منازة *münāzzet.* a. *n. ſ.* 1) Victoria. 2) Certamen. *Gol.*

منازع *münāzyª.* a. 1) *part.* [3 *a* نزع] Contendens, contentioſus, litigator. 2) Opponens ſe, refractarius. *Contenzioſo, litigante, che ſi oppone.* 3) *n. ſ. pl. a* نزاع *ni-zaª ſeu* منزعة *menzæ-æt.* Contentiones competentiæ. *Wan.* ¶ منازعان *münāzi-ān.* Ligitantes, partes adverſæ, competitores. *Litiganti, parti contrarie, competitori.* تعدد منازع ملك مستجلب اسباب هلك اولغين *te-āddüdi münāzy-ÿ mülk müſteğlibi eſpābi hülk olmaghyn.* Quia pluralitas competitorum regni trahit poſt ſe cauſas exitii ejus. *Eſſendo, che la competenza dell' imperio è cagione della rouina di quello. Sæ.* دفع منازع ايچون *def-ÿ münāziª ićiün.* Ad tollendas contentiones, competentias, oppoſitiones. *Per togliere le competenze, conteſe, oppoſizioni.*

منازعة *münāze-āt.* a. 1) *V.* [3 *a* نزع] Contendere *contra alium*, litigare, altercari, opponere ſe. 2) Moleſtum eſſe. 3) Inclinare, propenſum eſſe *in rem.* 4) Finitimam, *aut* conjunctam eſſe *terram meam terræ alterius,* & *eam* attingere. *Contendere contraſtare, altercare, opporſi.* 4) *n. ſ. pl.* منازعات *münāze-āt,* & *münāzi-āt.* Contentio, lis, controverſia. *Conteſa, lite, controuerſia. Wan.* ¶ سفر و حضرده مصالح و منازعات و انكحه و ساير معاملات و تقسيم تركات عسكر قاضيلرينه تفويض بيورلق مناسب كورلدى *ſferü hæzærde meſālyhu münāze-āt we enkihæ wü sāir mu-āmelāt we tæksīmi terikāti æsker kāzylerine tefwÿz bujurylmak münāſib görüldy.* Æquum viſum eſt, tam in caſtris, quam in aula, committere judicio judicum caſtrenſium controverſias, contractus matrimoniales, aliaque militum & ad exercitum pertinentium hominum negotia, ut & partitionem hæreditatum committere, & decidenda ſubjicere. *Stimò di douerſi raccommandare, e commettere à giudici caſtrenſi tutte le cauſe, e controuerſie dell' eſercito, tanto in pace, quanto in guerra. Sæ.*

منازقة *münāzækæt.* a. *V.* [3 *a* نزق] 1) Convitiis & contumeliis excipere, lædereque. 2) Prope accedere. *Wan.*

منازل *menāzil.* a. *n. ſ. pl. a* منزل *menzil.* Loca deſcenſus, hoſpitia, manſiones, domus. *Oſpizii, alloggi, alberghi, dimore, caſe, Ik.* ¶ منازل القمر *menāzilulkæmr. apud aſtronomos* Manſiones lunæ, *quæ ab Arabibus aliter* نجوم الاخذ *nüğiūmül-æchz, a Perſis* خرمن *chyrmen,* & *a Turcis* اي اغلي *aj aghyli vel* اي كون اغلي *aj gün aghyli compellantur. Hyd. tab. ſtell. fix.* منازل فراغ *menāzili firāgh.* Conclavia, domusve quietis *aut* vacationis delicioſæ. *Caſe, ò ſtanze di ripoſo, ritirate.* اعيان دولت و اعوان حضرت ايچون اطراف و جوانبده منازل عاليه و مساكن طيبهء ساميه بنا اولندى *æ'jāni dewlet we æ'wāni hæzret ićiün ætrāfü ğewānibte menāzili ālije wü meſākini tæjjibei sāmije binā olundy.* Propter miniſtros ſtatus ac familiares regis circum circa hoſpitia præalta & habitacula ſuperba ædificata ſunt. *Edificarno d'intorno belliſſimi alloggiamenti, ed ampliſſime abitazioni per commodità de' ſignori, e cauallieri della corte.*

منازلة *münāzelet.* a. *V.* [3 *a* نزل] Deſcendere de jumento *contra alium* pugnandi ergo. *Gol.*

منازح *menāzÿh.* a. *part.* Procul remoti, ac diſſiti *homines. Wan.*

مناسب *münāſib,* a. *part.* [3 *a* نسب] 1) Homologus, & analogus, proportionalis alteri. *Gol.* 2) *uſit.* Conveniens, quadrans, aptus, congruens, reſpondens ad rem. 3) Decens. 4) Æquus. 5) Cognatus, genere junctus. *Proporzionato, conueneuole, giuſto propoſito. Gol.* ¶ مناسب اول *münāſib ol.* Decere, quadrare, convenire, ad rem eſſe, *aut* facere. *Eſſer conueniente, eſſer, ò far à propoſito.* مناسب كورمك *münāſib görmek.* Æquum judicare. *Stimar bene, parer giuſto, ſtimar iſpediènte.* تكه اوغلنه شبكير تدابيرني مناسب كوروب ايتديلر كه *teke oghlyne ſebgīr tedābīrini munāſib görüp ejittiler ki.* Approbantes conſilia impreſſione nocturna Teccenſem principem aggrediendi dixerunt. *Approuando il parere di quei, che conſigliauano di aſſalir il Tecchieſe all' improuiſo, diſſero. Sæ.* معقول و مناسب كورلميوب *mæ'kūlü münāſib görilmejüp.* Rationi conſentaneum eſſe, minime judicantes. *Non ſtimando ragioneuole, ò à propoſito.* مناسب حال اولدر كه *münāſibi hāl ol dür ki.* Quod requirit rerum ſtatus, reive convenit, eſt, ut. . . *Ciò, ch'in queſte circoſtanze ſi conuiene, è, che. . .* حالنه مناسب *hāline münāſib.* Statui conveniens. *Conueneuole al ſuo ſtato.* اول مناصب قوللريمه نه دن مناسب اولميه *ol menāſyb kullaryme neden münāſib olmaja.* Officia illa unde meis ſervis non conveniant, quadrentve? *D'onde, ò perche quegli offizii non ſono buoni per i miei ſeruitori?* امتثال فرمانه اقدامى مناسب فهم ايتميوب تخلف ايتدى *imtisāli fermāne yktāmi münāſib fehm itmejüp techællüf itty.* Parere mandato non eſſe expediens arbitratus, contrarium ſe exhibuit. *Non venne, parendogli non douerſi conformare con l'ordine regio. Sæ.* مناسب مقام *münāſibi mekām,* & مناسب للمقام *münāſibi lil-mekām.* Conveniens loco *aut* dignitati, ſtatuive. *Conueneuole al luogo, al poſto.*

مناسبة *münāſebet, vulg. münāsibet.* a. 1) *V.* [3 *a* نسب] Similem eſſe. 2) Homologum & analogum, proportionalem eſſe alteri. 3) *n. ſ.* Convenientia. 4) Proportio, connexio, relatio. *Conuenienza, proporzione, corriſpondenza, relazione, conneſſione, congiuntura, propoſito. Wan.* ¶ مناسبت ا *münāſibet e.* 1) Similem eſſe. 2) Accommodare ſe. *Accommodarſi, accoſtarſi ad alcuno. Bern.* مناسبت دوشرسه *münāſibet düśerſe.* Si ſe opportunitas obtulerit. *Se viene à propoſito, ſe ſene porge la congiuntura.*

مناسبتسز *münāsibetsiz.* t. *comp.* 1) *adj.* Abſurdus, abs re, inconveniens, minime congruus. *Aſſurdo, ſproporzionato, ſpropoſitato.* 2) *adv.* Abſurde, abs re. *Spropoſitatamente. Ll.*

مناسبتسزلك *münāſibetsizlk.* t. *n. ſ. comp.* Abſurditas, incongruentia. *Arſurdità, ſpropoſito. Ll.*

مناسبلك *münāſiblyk.* t. *n. ſ. vulg. ſpro* مناسبت *münāſebet.* Convenientia, opportunitas. *Conuenienza, congiuntura.*

مناستر *monaſtyr.* t. 1) *n. ſ.* Monaſterium, cœnobium *pec.* chriſtianorum monachorum. *Monaſterio, moniſtero, conuento, chioſtro.* 2) *n. propr.* Nom. urbis in Servia. *Sæ.*

مناسخة *münāſæchæt.* a. 1) *V.* [3 *a* نسخ] Mori, & continuo ſibi ſuccedere haredes. 2) *n. ſ. ipſa* Mors & ſucceſſio continua hæredum, quæ fit integra manente & indiviſa hæreditate. *Gol.*

مناسف *menāſif.* a. *part. pl. a* نسوف *nesūf.* Pabulum eradicantes *cameli. Gol.*

مناسقة *münāſækæt.* a. *V. act.* [3 *a* نسق] Sequi, imitari. *Gol.*

مناسك *menāſik.* a. *n. ſ. pl. a* منسك *menſik.* Ceremoniæ, ritus ſacrificandi & obſervandi in peregrinatione meccana, lege præcepti. *Riti, e cerimonie da ſeruaſi alla Mecca, per compire quel pellegrinaggio. Wan.* ¶ اداي مناسك حج شريف ايدوب *edāi menāſiki hæğği śerīf idüp.* Obſervatis completisque ritibus ſacræ peregrinationis. *Tef.*

مناسم *menāsim.* a. *n. ſ. pl. a* منسم *menſem* & *menſim.* Pedes *ſeu* plantæ cameli. Signa. Viæ, ſemitæ. Modi, rationes. *Gol.*

مناسمة *münāſemet.* a. *V.* [3 *a* نسم] Odoratu explorare, *vel* ex aura, halituve percipere. *Wan.*

مناسيف *menāsīf.* a. *part. pl. a* نسوف *nesūf.* Pabulum eradicantes *cameli. Wan.*

مناشبة *münāśebet.* a. *V.* [3 *a* نشب] Apertum *alicui* inferre bellum, *aut* aperto *bello* proſequi. *Wan.*

مناشدة *münāśedet.* a. *V.* [3 *a* نشد] 1) Rogare, obteſtari *per Deum.* 2) Adjurare, jurejurando obſtringere. *Pregare, ſcongiurare. Wan.*

مناشير *menāśīr.* a. *n. ſ. pl. a* منشور *menśūr.* Diplomata regis patentia, mandata regia. *Patenti, commandamenti regii.* ¶ امراى ممالكه مناشير و احكام موكده تحرير بيورلدى كه *ümerāi memālike menāśīrü æhkāmi müekkede tæhrīr bujuryldy ki. . .* Ad præfectos provinciarum diplomata patentia, & ſevera mandata regia perſcripta ſunt. *Il rè ſpedì ordini, e commandamenti ſeueri à conti, e baroni dell' imperio, che. . Sæ.*

مناص *menās.* a. 1) *V. act.* Retrocedere, retromanere, declinare. 2) Fugere, alienum eſſe. 3) Fuga elabi. 4) Confugere. 5) *n. ſ. uſit.* Locus refugii, perfugium, aſylum. *Luogo di ſaluamento, ſcampo, e ritirata, refugio, aſilo. Wan.* ¶ خلاص احتمالي بعيد و مناص طرحي نابديد اولغين *chælās yhtimāli be-ÿd, we menās tærhÿ nābedīd olmaghyn.* Quia remota erat evadendi apparentia, nec ullus fugiendi *aut* refugii modus præſto erat. *Conoſcendo, che ogn' aiuto, e ſoccorſo era da lui lontano per liberarſene, e non trouando alcun rimedio al ſuo male. Sæ.*

مناصاة *münāsāt.* a. *V.* [3 *a* نصو] Prehendere antias *alterius,* & ita certare. *Gol.*

مناصب *menāſyb.* a. *n. ſ. pl. a* منصب *mænſyb.* Officia, munera. *Uffizii, cariche. Wan.* ¶ اصحاب احتياجه مراتب استحقاقلرينه مناسب اموال و مناصب احسان ايدن *æshābi yhtijāğe merātibi iſtyhkāklerine münāſib emwālü menāſyb yhsān iden.* Qui indi-

digis meritorum eorum gradibus convenientia bona facultateſve impertitur, ac officia gratioſe confert. اركان دولت و اعيان حضرت مراتب مناصب حسبيله محل مناسبده تقرير اولنديلر *erkānī dewlet we æ-jānī hæzret merātibī menāſyb hæſebi ile mæhællī mūnāſibte tækrīr olundiler.* Columina imperii, *ſeu* miniſtri ſtatus & intimi aulici juxta cujusque dignitatis & officii gradus in conveniente loco collocati & ſedere juſſi ſunt. *Fù accennato a' prencipi, e gouernatori di ſtato, & a' miniſtri grandi regii, che ſedeſſero a' luoghi, conuenienti a' gradi, è dignità loro. Sæ.*

مناصب *mūnāſyb.* a. *part.* [3 *a* نصب] Qui obſiſtit, adverſarius. *Gol.*

مناصبة *mūnāſæbet.* a. *V.* [3 *a* نصب] 1) Struere, intentare *alicui malum.* 2) Inferre *bellum. Wan.*

مناصحة *mūnāsæhæt* a. *V.* [3 *a* نصح] Monere. *Amonire. Com d. Addit.*

مناصرة *mūnasæret.* a. *V.* [3 *a* نصر] Mutuas opes tradere, ſibi invicem opem ferre. *Ajutarſi l'un l'altro. Ll.*

مناصع *menāſy*ᶜ a. *n. ſ. pl. a* منصع *mensæ*ᶜ. Conſeſſus. *Gol.*

مناصف *menāſyf.* a. *part. pl. a* منصف *menſæf.* Famuli. *Wan.*

مناصفة *mūnāſæfet.* a. *V.* [3 *a* نصف] Bifariam, *vel* ex æquo dividere *cum aliquo bona. Spartire in due, per metà. Gol.* ¶ مناصفة *mūnaſæfeten, vel* على طريق مناصفة *ălā tæryky̆ mūnāſæfet, aut* بطريق مناصفه *bitæryky̆ mūnāſæfe.* Per modum medietatis, bifariam, ex æquo. *A metà, per metà, ad ogni uno la metà. Sæ.*

مناضحة *mūnāzæhæt.* a. *V.* [3 *a* نضح] Se tutari. *Gol.*

مناضخة *mūnāzæchæt.* a. *V.* [3 *a* نضخ] Spargere *aut* fundere *aquam* alterum in alterum. *Gol.*

مناضلة *mūnāzælet.* a. *V.* [3 *a* نضل] 1) Iaculando certare *cum alio.* 2) Defendere, excuſare *aliquem*, cauſam ejus agere. *Gol.*

مناط *menāt.* a. *n. ſ.* Diſtantia. *Diſtanza.* ¶ مناط الثريا *menātæs-sūrejjā.* Quantum abſunt pleiades. *Gol.* تقبيل بساط سعادت مناط اتدي *tækbilī busāty̆ ſe-ādet menātitty.* Stratum ejus auguſtum, *q. a quo pendet felicitas, aut cui alligatur beatitudo*, oſculatus eſt, ipſi venerabundus accidit. *Gli fece umiliſſima riuerenza, gli baciò la veſte. Sæ.*

مناطاة *mūnātāt.* a. *V.* [3 *a* نطو] Stamen una cum altera ducere *aut* ſubtexere, glomo filorum utrinque ad ſociam jacto, *de fœmina. Gol.*

مناطحة *mūnātæhæt.* a. *V.* [3 *a* نطح] Obviam venire. *Venir all'incontro. Comid. Addit.*

مناطق *menātyk.* a. *n. ſ. pl. a* منطق *mintæk.* Cingula, zonæ. *Cinture, circoli. Wan.* ¶ اعداد صامت و ناطق مناطق بيان احاطه‌سندن كذران ايدي *æ*ᶜ*dādī sāmitū nātyk menātyky̆ bejān yhātæſinden güzerān idy.* Numeri captorum animalium & aliarum rerum pretioſarum auri argenti &c. zonam excedebant explicationis, *i. e* immenſa & innumerabilis præda facta eſt *Le ſpoglie, che entrarono nel poter de ſoldati, furono incomprenſibili. Sæ.*

مناطقة *mūnātækæt.* a. *V.* [3 *a* نطق] 1) Loqui invicem. *Wan.* 2) Loquentem, *vel* ratione præditum efficere, *de DEO. Gol.*

مناطل *menātyl.* a. *n. ſ. form. pl.* Torcularia. *Gol.*

مناطير *menātȳr.* p. *n. propr.* Nom. oppidi in Taberiſtania, regione Perſiæ, etiam منطير *mentȳr* dicti. *Gol in not. ad Alfr.*

مناظر *menāzær.* a. *n. ſ. idiomate Mauritaniæ* Perſpicillum. *Domb. Addit.*

مناظر *menāzyr.* a. *n ſ. pl. a* منظرة *menzæret.* Speculæ, & aſpectus, objecta, theatra. *Vedette, oggetti, aſpetti, teatri. Sæ.*

مناظر *mūnāzyr.* a. *part.* [3 *a* نظر] 1) Similis. *Simile.* 2) Diſputans. *Contraſtante. Wan.*

مناظرة *mūnāzæret.* a. 1) *V.* [3 *a* نظر] Diſputare. 2) *n. ſ.* Diſputatio. *Diſputa, contraſto.* ¶ مناظره *mūnāzære* t. 1) Diſputare. 2) Similem *alteri* facere, comparare. *Diſputare, fare coſa ſimile ad un altro.*

مناظم *menāzym.* a. *n. ſ. q. pl. a* نظم *næzm.* Ordines. *Ll.*

مناع *mennā*ᶜ, a. *part.* Recuſans, prohibens. *Wan.*

مناعة *menā-æt.* a. *V. act.* [F. 3.] 1) Inacceſſum eſſe, aditum aliorum recuſantem *ſeu* prohibentem. 2) *n. ſ. ipſa* Inacceſſibilitas. *L'eſſer inacceſſibile, inacceſſibilità. Wan.* ¶ مناعت و حصانت حصاره اعتماد ايله *menā-ætū hæsāneti hysāre y*ᶜ*timād ile.* Repoſita in munitione & inacceſſibilitate urbis fiducia. *Per auer auuto troppa fiducia nell' inacceſſibilità, e fortezza del luogo. Sæ.* مزيد استحكام و متانته و صلابت و مناعتنه اعتماد ايله *mezīdi iſtyhkāmū metānetine we ſælābetū menā-ætine i*ᶜ*timād-ile.* Fretus munitione & inacceſſibilitate loci. *Confidandoſi nella munizione di quella città.* اول حصار پر شكوه متانت و مناعتده مانند كوه و ايچنده اولان سوار و پياده انبوه اولوب *ol hysārī pür ſūkūh metānetū menā-ætte mānendi kūh we icinde olan sūwārū pijāde embūh olūp.* Eo quod urbs illa ſpectabilis, munitione & firmitate ac inacceſſibilitate monti ſimillima, ac ejusdem præſidiarii tam pedites quam equites plurimi eſſent. *Per eſſere ſtato quella città fortiſſima di ſito, e d'arte, e piena di gente à piedi, e a cauallo. Sæ.*

مناعفة *mūnā-æfet.* a. *V.* [3 *a* نعف] 1) Impeditam reddere viam alteri ex adverſo occurendo *illi.* 2) Obſiſtere, reſiſtereve. *Wan.*

مناعم *mūnā-ȳm.* a. *part.* [3 *a* نعم] 1) Mollis, lenis. 2) Beneficus. *Wan.*

مناعمة *mūnā-æmet.* a. 1) *V.* [3 *a* نعم] Affirmare, rem ſe ita habere. 2) Conſtringere *funem.* 3) Benefacere. 4) *n. ſ.* Benefactum, benemeritum. 5) Vita læta, commoda, deliciæ. *Gol.*

مناعي *menā-ȳ.* a. *part. pl. a* مناعي *menā seu men-ān.* Nuntii de morte alicujus. *Gol.*

مناعيف *menā-ȳf.* a. *n. ſ.* Juga *montium. Gol.*

مناغاة *mūnāghāt.* a. *V.* [3 *a* نغي] 1) Altitudine ſua ad *cælum* accedere *nubem.* 2) Suaviter confabulari, verbis demulcere, *ut facit amicam procus, infantem mulier.* 3) In gratiam redire. *Gol.*

مناغضة *mūnāghæzæt.* a. *V.* [3 *a* نغض] Premere ſe invicem *camelos* in arctiore plurium confluxu. *Wan.*

مناف *menāf.* a. *n. propr.* Nom. idoli arabici. ¶ عبد مناف *æbdi menāf.* Tribus quædam Coreiſchitarum. *Gol.*

منافاة *mūnāfāt.* a. *V.* [3 *a* نفي] Diſpellere ſe invicem, *aut* unum alterum, & perdere ſtudere. *Gol.*

منافتة *mūnāfetet.* a. *V.* [3 *a* نفت] Vehementi bullitione concitatum habere *liquorem. Wan.*

منافج *menāfig.* a. *n. ſ. form. pl.* Pulvinaria, ſimilesve res, quibus obeſiores nates mentiuntur mulieres. *Gol.*

منافحة *mūnāfæhæt.* a. *V.* [3 *a* نفح] 1) Conſerere manus & aperto marte aggredi. 2) Retegere, aperto vultu reſpicere, & ita alloqui. 3) Litigare *pro aliquo. Wan.*

منافرة *mūnāferet.* a. *V.* [3 *a* نفر] Gloriari, & diſceptare apud judicem de honore. *Gol.*

منافسة *mūnāfeſet.* a. *V.* [3 *a* نفس] 1) Velle, expetere, adſpirare *ad rem aliquam. Wan.* 2) Expetendo ac aſpirando contendere *cum alio.* 3) Invidere *alteri. Gol.*

منافع *menāfi*ᶜ. a. *n. ſ. pl. a* منفعة *menfi-æt.* Commoda, utilitates, emolumenta, fructus. *Utilità, guadagni, frutti.* ¶ مزارع پر منافع *mezārī-ȳ pür menāfi*ᶜ. Arva fructifera, ubera. *Campi fertili.* منافع دنيويه *menāfi-ȳ dünjewije.* Commoda mundana. *Gl'intereſſi mondani.* منافع دارين *menāfi-ȳ dārejn*, & منافع دنيا و آخرة *menāfi-ȳ dünjā wū āchyret.* Bona *aut* commoda & lucra hujus ac alterius mundi, utriusque vitæ. *Li beni di queſto, e dell' altro mondo. Ik.*

منافق *mūnāfyk.* a. 1) *part.* [3 *a* نفق] *i. q.* ايكي يوزلو *iki jüzlü.* Hypocrita, homo duplex, impius. *Uomo doppio, ipocrito, ſimulatore. Wan.* 2) *n. ſ.* Nomen, *quo aſtrologi arabes Mercurium planetam etiam inſigniunt, quod nempe cum ſydere fauſto & ipſe fauſtus ſit, cum infauſto infauſtus. Poc. Spec. A. H.* ¶ منافق اولدر كه ظاهرين ايمان ايله يالدزليوب باطنن كفر ايله مستور قلور *mūnāfyk ol dūr ki zāhirin īmān ile jaldyzlajūp bātynin kūfr ile meſtūr kylūr.* Homo duplex & impius ille eſt, qui externum aſpectum ſuum fide ac religione inaurat, internum vero infidelitate opertum, velatumve tenet. *Quello è veramente doppio, ed empio, che adorna, ed indora il ſuo eſteriore con religione, e cuopre l'interiore con mera infedeltà ed ateiſmo.* اول كروه منافقين *ol kūrūhī mūnāfykȳn.* Turba illa impiorum. *Quella truppa d'infedeli. Sæ.* سورة المنافقون *sūretūl-mūnāfykūne.* Inſcriptio ſuræ corani ſexageſimæ tertiæ, *impii* dictæ. *Marrac.*

منافقة *mūnāfækæt.* a. *V.* 1) [3 *a* نفق] Subire latibulum ſuum *murem campeſtrem.* 2) *hinc* Hypocritam agere *in religione* modo hoc, modo aliud profitendo. 3) *n. ſ. ipſa* Hypocriſis. *Wan.*

منافقلق *mūnāfyklyk.* t. *n. ſ.* Hypocriſis *in religione*, impietas, atheismus. *Ipocriſia, malignità, ateiſmo.*

منافي *menāfī.* a. *part.* Qui *vel* quod ad tri-

tribum عبد منافه *ābdi menāfe* pertinet. *Wan.*

منافي *mǘnāfī.* a. *part.* [3 *a* نفي] Dispellens *alterum*, perdere ſtudens, repugnans. *Ripugnante, contrario, che rimuoue, ò cerca perdere. Wan.* ¶ مرتكب خطايا اولان احبّادن تنائي قاعده انصافه منافي در زيرا محتمل كه فساد امروزي فرداده تارك اوله *mürtekibi chætājā olan æhybbāden tenāī kā-ʒdeī insāfe mǘnāfī dür zīrā muhtemil ki fesādī imrūʒī ferdāde tārik ola.* Ab amicis peccata admittentibus ſecedere, *aut* longe recedere æquitatis normæ *aut* rationi repugnat, fieri enim poteſt, ut malitiam hodiernam cras deponant, abjiciantque. عهد و ميثاق منافي بر ايش *æhtü mīsākȳ mǘnāfi bir iś* & عهود و شروطى منافي بر وضع اوليوب *ühūdü śürūtȳ mǘnāfī bir wæʒ* olmajūp.* Dummodo nulla fiat actio motusve repugnans pactis conventis, articulis pacis, *ſeu* hanc turbans. *Mentre non ſi faccia azzione, moto alcuno contrario alla pace, ò agl' articoli di eſſa.* منافي المروه *mǘnāfiül-mürüe pro* مروه *mürüwwe.* Repugnans humanitati. *Ripugnante, contrario alla corteſia, e diſcrezione. Ik.*

مناقب *menākyb.* a. *n. ſ. pl. a* منقبه *mænkæbet.* Virtutes, præclaræ dotes. *Virtù, belli, talenti, & opere.* ¶ سير و مناقب *ſijerü menākyb.* Virtutes ac boni mores. *Virtù, e buoni coſtumi, talenti.*

مناقبه *mǘnākæbet.* a. *V.* [3 *a* نقب] 1) De improviſo occurrere. 2) Inopinato invenire *aquam* non quæſitam. *Gol.*

مناقحه *mǘnākæhæt.* a. *V.* [3 *a* نقح] Per ſe obire negotia. *Wan.*

مناقده *mǘnākædet.* a. *V.* [3 *a* نقد] Diſceptare *cum aliquo* & contendere. *Gol.*

مناقر *menākyr.* a. *n. ſ.* 1) *pl. a* منقر *minkær.* Ligna, quæ excavantur conficiendi vini ergo. 2) Ligones, fabri ferrarii. 3) *pl. a* منقر *münkur.* Excavati in duriore petra putei, anguſti oris, & multæ aquæ. *Gol.*

مناقره *mǘnākæret.* a. *V.* [3 *a* نقر] Diſceptare, expoſtulare. *Gol.*

مناقشه *mǘnākæśet.* a. 1) *V.* [3 *a* نقش] Minutatim, attente & ſcrupuloſe calculum *cum alio* inire. *Wan.* 2) Diſceptare, contendere. *Gol.* 3) *n. ſ.* Contentio. *Contraſto.* ¶ مناقشه *mǘnākæśe* t. Contendere. *Contraſtare. Bern.*

مناقض *mǘnākyʒ.* a. *part.* [3 *a* نقض] Contradictorius, contrarius, repugnans. *Contradittorio, contrario, ripugnante, oppoſto. Wan.* ¶ صلحي ناقض و عهد نامهٔ هايونمزه مناقض حركت *ſulhȳ nākyʒ we æht nāmeī hümājūnümüze mǘnākyʒ hæreket.* Actio pacem infringens *ſeu* lædens, & diplomati noſtro imperiali capitulationum repugnans. *Azione, contrario alle pace, & oppoſto alla capitolazioni imperiali.* نه مرتبه عهد و پيماني مناقض *ne mertebe æhtü pejmānī mǘnākyʒ.* Quantopere pactis conventis adverſetur *aut* repugnet? *Sino à che termine contrauiene, ò è contrario a' patti, e capitolazioni di pace? Ll,*

مناقضه *mǘnākæʒæt.* a. *V.* [3 *a* نقض] Contradicere *alteri. Contradire, ed eſſer ripugnante. Tef.*

مناقع *menāky*.* a. *n. ſ.* 1) *pl. a* منقع *menkæ*.* Loca, in queis reſtagnat aqua. *Wan.* 2) *pl. a* منقع *minkæ*.* Vaſa maceratoria, in quibus medicamenta, *aut* res aliæ macerantur. 3) *pl. a* منقع *münku*.* Ollæ parvæ, in quibus lac & dactyli miſcentur in alimentum infanti. 4) *pl. a* منقعه *minkæ-æt.* Ollæ lapideæ. *Gol.*

مناقف *menākyf.* a. *n. ſ. pl. a* منقاف *minkāf.* Roſtra avium. Conchæ veneris. *Gol.*

مناقفه *mǘnākæfet.* a. *V.* [3 *a* نقف] Caput perfringere *alteri, aut* gladio percutere. *Gol.*

مناقل *mǘnākyl.* a. *part.* [3 *a* نقل] Celeriter, & cito pedes glomerans *equus. Gol.*

مناقير *menākȳr.* a. *n. ſ.* 1) *pl. a* منقار *minkār.* Roſtra avium. Inſtrumenta ferrea roſtrata fabri ferrarii. 2) *pl. irreg. a* منقر *münkūr ſeu reg. a* منقور *menkūr.* Excavatæ res. *Gol.*

مناقله *mǘnākælet.* a. 1) *V.* [3 *a* نقل] Sermones ultro citroque cædere, alterum narrare alteri. 2) Pedem anteriorem & poſteriorem diverſis ſaxis imponere, egregie incedendo per ſaxoſum ſolum, celeriter transferre & glomerare pedes, *de equo.* 3) *n. ſ.* Sympoſium, *ſeu* poculorum translatio per conſeſſus circuitum. 4) Volubilitas, promptitudo linguæ. *Gol.*

مناكب *menākib.* a. *n. ſ. pl. a* منكب *menkib.* 1) Humeri. *Spalle.* 2) *pec. cum artic.* Quatuor pennæ in volucris ala poſt قوادم *kæwādim. Wan.* ¶ بار سرلرين مناكبلرندن دور ايلديلر *bārī ſerlerin menākiblerinden dūr ejlediler.* Onus capitum eorundem decuſſerunt, *i. e.* capita eorum truncarunt. *Li fece decollare. Sæ.*

مناكحه *mǘnākæhæt.* a. *V.* [3 *a* نكح] Matrimonium contrahere, *unde pl.* مناكحات *mǘnākæhāt.* Matrimonia, connubia. *Matrimonii. Del.*

مناكده *mǘnākedet.* a. *V.* [3 *a* نكد] Durum & difficilem ſe præbere *alteri*, moleſtiam *aut* tædium creare. *Gol.*

مناكرة

مناكره *mǘnākeret.* a. *V.* [3 *a* نكر] Certare, confligere, dimicare. *Wan.*

مناكيد *menākīd.* a. *part.* Miſeri & avari *homines. Gol.*

مناكير *menākīr.* a. *n. ſ. pl. a* منكر *münker.* Res ingratæ & iniquæ. *Wan.*

منال *menāl.* a. *n. ſ. i. q.* منوال *minwāl.* Conſtitutio rei. *Mirk.*

منالامق *minalamak.* t. *V.* Encauſto ornare. *Smaltare.*

منام *menām.* a. *n. ſ.* 1) Dormitorium, locus, ubi dormitur. 2) Somnium, *ac ipſe* ſomnus *aut* dormitio. *Dormitorio, ſogno, ſono.* ¶ عالم منامده كورر كه *ālemī menāmde görür ki.* Videt, viditve in ſomniis, *ſeu* ſomniavit, quod. . . منامات *menāmāt.* Somnia. *Sogni.*

منامه *menāmet.* a. *n. ſ.* 1) Dormitorium. 2) Stragula tegeſve dormitoria. 3) Taberna. *Wan.*

منامس *mǘnāmis.* a. *part.* [3 *a* نمس] 1) Arcani conſcius ac particeps. *Gol.* 2) Latibulum venatoris ſubiens *aut* ibidem ſe abdens. *Wan.*

منامسه *mǘnāmeſet.* a. *V.* [3 *a* نمس] 1) Communicare arcanum. 2) Latibulum ſubire, ſe abdere *venatorem. Gol.*

منامله *mǘnāmelet.* a. *n. ſ.* Greſſus, ſimilis inceſſui hominis, compedibus vincti. *Gol.*

منّان *mennān.* a. *part.* Beneficus, benignus, propitius *pec. Deus; inter attributa Dei, a Mohammedanis in corona precaria,* تسبيح *tesbȳh dicta, recitari ſolita, numero quinquageſimum nonum. Benefico, grazioſo, propizio Dio. H. H. O.*

مناأ *müne-enee.* a. *part.* 1) Infirmus, impotens, debilis. 2) Pavidus. *Gol.*

منأات *müne-enāt.* a. *V.* 1) Debilem mente, & confuſum eſſe *in conſilio.* 2) Impotentem & imparem eſſe minus faciendo, quam debeatur. 3) Prohibere & cohibere. 4) Bene alere ac nutrire. *Gol.*

منّانه *mennānet.* a. *part.* Bene ditata & liberalis, quæ ob opes in uxorem ducitur. *Gol.*

مناوءه *mǘnāweet.* a. *V.* [3 *a* نوء] Certare *cum alio*, ſe opponere *illi* adverſando *vel* gloriando. *Gol.*

مناوات *mǘnāwāt.* a. *V.* [3 *a* نوي] Surgere *in aliquem*, ſe opponere *ei*, adverſari. *Wan.*

مناوبه *mǘnāwebet.* a. 1) *V.* [3 *a* نوب] Alternare. 2) *n. ſ.* Alternatio vicium. *Alternazione, l'alternare, à vicende. Wan.* ¶ نيازي مناوبه قلدم *nijāʒī mǘnāwebe kyldüm.* Rogavi, ut alternatim *ferremus onus. Lo ſupplicai dell' alternatiua, ch'à vicende l'un doppo l'altro portaſſimo la ſoma. Ik.*

مناوحه *mǘnāwæhæt.* a. 1) *V.* [3 *a* نوح] Ex adverſo opponi, *uti opponitur ventus alteri vento.* 2) *part.* Plangens plangenti *mulier. Gol.*

مناور *menāwer.* p. *n. propr.* Nom. urbis prope ختن *chuten. Ferh.*

مناور *mǘnāwir.* a. *n. ſ. pl. a* مناره *menāret.* Phari, candelabra, turres, *aut* loca elatiora, queis ſigna *aut* laternæ imponuntur. *Wan.*

مناوره *mǘnāweret.* a. *V.* [3 *a* نور] Contumeliam facere, convitiari. *Gol.*

مناوشه *mǘnāweśet.* a. *V.* [3 *a* نوش] 1) Propius accedere *hoſtem*, aggredi & adoriri *adverſarium in pugna. Wan.* 2) Abſtergere *mantili manum*, a carne, pinguedineve inquinatam. *Gol.*

مناوصه *mǘnāwæſæt.* a. *V.* [3 *a* نوص] Contraniti, ſe movendo effugere ſtudere. *Gol.*

مناوله *mǘnāwelet.* a. *V.* [3 *a* نول] Dare, præbere, porrigere, offerre. *Gol.*

مناومه *mǘnāwemet.* a. *V.* [3 *a* نوم] Certare dormiendo, uter magis dormiat. *Wan.*

مناه *menāh.* p. *n. ſ. i. q.* مناره *menāre.* Turris, locus elatior. *Ferh.*

مناهبه *mǘnāhebet.* a. *V.* [3 *a* نهب] 1) Rapere, auferre prædando, diripere. 2) Excipere ac perſtringere *oratione ſua.* 3) Contendere ac certare inter ſe *quaſi de præripienda palma duos equos in curſu ſuo. Gol.*

مناهده *mǘnāhedet.* a. *V.* [3 *a* نهد] 1) Digitis, *ſcil.* eorum indicio, ſortem ducere, ſortiri *cum aliquo.* 2) Surgere *in hoſtem*, coram ſe opponere *illi*, & *cum eo* conſerere manus. *Gol.*

مناهزه *mǘnāheʒet.* a. *V.* [3 *a* نهز] 1) Accedere, accurrere, properare *ad prædam.* 2) Occupare *præ altero*, *ſeu* ſtudere præripere *illi occaſionem. Gol.*

مناهضه *mǘnāhæzæt.* a. 1) *V.* [3 *a* نهض] Surgere *contra aliquem.* 2) Se opponere *illi.* 3) *n. ſ.* Congreſſio, conflictus. *Attaccare alcuno, combattere, combattimento, incontro. Wan.*

مناهل *menāhil.* a. *n. ſ. pl. a* منهل *menhel.* 1) Loca, in queis quis ſubſiſtit. 2) Loca aquationis. *Wan.*

مناهي *menāhī.* a. *n. ſ. pl. a* منهي *menhī, vel fœm. ejus* منهيه *menhījet.* Res prohibitæ, lege vetitæ, peccata. *Coſe prohi-*

hibite, vietate dalla legge, peccati. ¶ ارتكاب مناهي ايله مستحق غضب الهي اولدي *irtikābī menāhī ile müſtæhækkȳ ghæzæbī īlāhī oldy.* Peccata varia committendo indignationem divinam promeruit. *Commettendo coſe prohibite, ed illecite, ſi fece reo del caſtigo diuino.* ملاهي و مناهيدن ناهي ايكن *melāhī wü menāhīden nāhī iken.* Cum ipſe inhiberet ac puniret laſciva ſpectacula, luſusve illicitos, & actiones, lege vetitas. *Bench' egli foſſe ſtato punitore delle coſe illecite, e prohibite. Sæ.*

مناهج *menāhīğ.* a. *n. ſ. pl. a* منهاج *minhāğ.* Viæ patentes, manifeſtæ ac regiæ. *Gol.*

مناهيم *menāhīm.* a. *part. pl. a* منهام *minhām.* Increpanti obſequentes *camelites. Gol.*

منايا *menājā.* a. *n. ſ. pl. a* منية *menījet.* Fata, mortes. *Wan.*

منابر *menājir*, & *menāir.* a. *n. ſ. pl. a* منارة *menāret.* Turres. *Gol.*

منبت *membit*, *irreg. pro membet.* a. *n. ſ.* Locus, ubi proveniunt germinantve plantæ. *Wan.*

منبت *mümbett.* a. *part. paſſ.* [4 *a* بت] Cujus virilitas præciſa *aut* abrupta eſt, *vir. Wan.*

منبت *mümbit.* a. *part.* [4 *a* نبت] Germinans, creſcens, plantas *ſeu* germina proferens *tellus. Fertile, che produce piante, frutti. Wan.* ¶ غير منبت يير *ghæjrī mümbit jer.* Sterilis terra, infœcunda. *Terra ſterile. Bern.*

منبتر *mümbetir.* a. *part.* [7 *a* بتر] 1) Reſectus & abruptus. 2) Mutilatus. *Gol.*

منبتل *mümbetil.* a. *part.* [7 *a* بتل] Segregatus, ſeparatus. *Wan.*

منبج *membeğ.* a. *n. propr.* Nom. civitatis in Syria, *quæ aliter quoque* منبه *membe dicta, antiquitus* Hieropolis & Bambyce *nuncupata fuit. Kœhl. tab. Syr.*

منبج *membiğ.* a. 1) *n. propr. i. q. præc. Wan.* 2) *part.* Qui verbis promittit, quod non facit. *Gol.*

منبجّ *mümbeğğ.* a. *part.* [7 *a* بجّ] Hypochondria diſtentum quaſi crepans *pecus, ex nimia pabuli copia. Gol.*

منبجاني *membiğiānī.* a. *part.* Qui *vel* quod ad locum, منبج *membiğ* dictum, pertinet. *Wan.*

منبجي *membeğī.* a. *part. i q. præc. Gol.*

منبذة *mimbezet.* a. *n. ſ.* Cervical. *Gol.*

منبر *member*, & *mimber.* a. *n. ſ. pl.* منابر *menābir.* Locus elatior in templo, ſuggeſtus, pulpitum. *Pergamo, luogo eleuato nella mochea, doue ſi fà la predica. Wan.* ¶ بالاي منبرده ايكن *bālāī memberde iken.* Cum in ſuggeſtu eſſet. *Eſſendo ſopra l' pergamo. Ik.*

منبر *mimber.* a. *n. propr.* Nom. oppidi in tranſoxana regione in ditione Bocharæ. *Grav.*

منبّر *münebber.* a. *part. paſſ.* [2 *a* نبر] In hamza deſinens *carmen. Gol.*

منبّرة *münnebberet.* a. *part. fœm. præc. Gol.*

منبسة *mümbeſet.* a. *n. propr.* Nom. parvæ civitatis maritimæ in Zanquebar, regione Africæ. *Geogr. Nub.*

منبسط *mümbeſyt.* a. *part.* [7 *a* بسط] 1) Dilatatus. 2) Soluto vultu *ac* animo gaudens, gaudium & delectationem concipiens. 3) Verecundiam deponens. *Gol.*

منبض *membæz.* a. *n. ſ.* Locus, ubi obſervatur cor moveri, & pulſare. *Gol.*

منبض *mimbæz.* a. *n. ſ. pl.* منابض *menābyz.* Inſtrumentum magni arcus forma, cujus adducta & remiſſa chorda carminatur, dividiturve goſſipium. *Wan.*

منبطح *mümbætyh.* a. *part.* [7 *a* بطح] Depreſſa & expanſa *ungula. Gol.*

منبع *membe*.* a. *n. ſ.* 1) Scaturigo, ſcatebra, fons aquæ. 2) Profluvium. *Fonte, fontana, origine, rampollo. Gol.* ¶ منبع فساد *membe-ȳ fesād.* Origo iniquitatis *aut* mali, *ſic dicitur* vinum. *Vino, come fonte del male.*

منبعث *mümbe-ȳs.* a. *part.* [7 *a* بعث] 1) Ex quo quid profluit, procedit. 2) Excitatus. 3) Miſſus, & *cito* incedens. *Che cagiona, ò che è cagionato, che procede. Gol.*

منبعج *münbe-ȳğ.* a. *part.* [7 *a* بعج] Hæreticus, anathemate percuſſus. *Gol.*

منبعق *mümbe-ȳk.* a. *part.* [7 *a* بعق] 1) Pluviam profundens *nubes.* 2) *metaph.* Profuſus ac diffuſus. 3) Inopinantem obruens *aliquid. Gol.*

منبغي *münbæghȳ.* a. *part.* [7 *a* بغي] 1) Expetitus, cupitus, requiſitus. 2) Conveniens, decens. *Gol.*

منبّق *münebbæk*, & *münebbyk.* a. *part.* [2 *a* نبق] Recta ſerie diſpoſitæ *arbores* palmarum, *aut res aliæ. Wan.*

منبك *membek.* p. *n. ſ.* Juncus, aut herba, ex qua ſcopæ conficiuntur. *Wan.*

منبكي *mümbekī.* a. *part.* [7 *a* بكي] Ad fletum commotus, & plorare coactus. *Gol.*

منبل *membel.* p. *adj.* 1) Piger, iners, vecors. *Ferh.* 2) Circitor, minutiorum mercium mercator. *Ni*.*

منبل *mümbil.* p. *adj.* Negans, inficias iens, a via recta diſcedens. *Ferh.*

منبلط *mümbelyt.* a. *part.* [7 *a* بلط] Longius remotus, *aut* recedens. *Gol.*

منبلق *mümbelyk.* a. *part.* [7 *a* بلق] Micans, fulgens. *Gol.*

منبلي *mümbelī.* p. *n. ſ.* Mala fides. *Ferh.*

منبوت *membūt.* a. *part. paſſ. irreg. pro* منبت *mümbet.* Productus, pullulando proveniens. *Wan.*

منبوذ *membūz.* a. *part. paſſ.* 1) Projectus in viam, *ſeu* expoſititius *puer.* 2) Spurius. 3) Segregatum ab aliis & diſſitum *ſepulcrum.* 4) Quod ob maciem non comeditur. *Gol.*

منبور *membūr.* a. *part. paſſ.* In hemze deſinens *carmen. Wan.*

منبوش *membūś.* a. *part. paſſ.* Notus & celebris *nomine. Gol.*

منبه *mümbeh.* a. *part. paſſ.* [4 *a* نبه] Oblivioni traditus. *Gol.*

منبّه *münebbih.* a. *part.* [2 *a* نبه] 1) Admonitor, commonefactor, expergefactor, excitator. *Ammonitore, riſuegliatore.* 2) Tale *horologium* excitatorium. *Suegliatoio, deſtatoio. Wan.*

منبهة *membehet.* a. 1) *part.* Rem celebrem reddens. *Wan.* 2) *n. ſ.* Res, excitans ad attentionem, monitum. *Gol.*

منبهة *mümbehet.* a. *part. fœm. a* منبه *mümbeh.* Oblivioni tradita *res agendo. Wan.*

منبير *menebīr.* a. *n. propr.* Nom. loci in Heğiaza ad ſinum maris arabici, anchoræ jaciendæ idonei. *Nieb. deſcr. Arab.*

منّة *minnet.* a. *n. ſ.* 1) Obligatio. 2) Gratia, favor. 3) Exprobratio. *Obligo di corteſia, grazia, fauore, & rimprouero. Wan.* ¶ منّت سكا قالدي *minnet ſan-a kaldy.* A te pendet gratia, tibi obſtringi uni volo. *La grazia ſtà nelle voſtre mani.* بوني ايدرسكز كلّي منّت اولور *buni iderſen-üz külli minnet olür.* Si id feceris, gratia omnimoda erit, & noſtra tibi obligatio. *Se farete ciò, ve ne reſteremo obligatiſſimi, ci ſarà ſommo fauore.* المنّة لله تعالي و تقدّس كه *el-minnetü lillāhī te-ālā we tekæddes ki.* Gratia ſit & laus Deo O. M. quod. . *Lodato Dio, che. . .* خدمتنه ايرمكي جاننه منّت بلوب *chydmetine irmegi giānnine minnet bilüp.* Felicitati ducens ac ſummopere optans ad ipſius ſervitia admitti. *Auendo a grazia, e felicità il poter arriuar al di lui ſeruizio.* منّت *minnet* e. 1) Gratiam facere. 2) Gratiam petere. *Far grazia, & chiedere un fauore.* 3) Exprobrare. *Rinfacciare, rimprouerare,* منّت قسدرمق *minnet kyſtürmak,* منّت قومق *minnet komak.* Obſtringere, obligare ſibi *aliquem. Obligare.* منّتسز *minnetſyz.* Citra obligationem. *Senza obligazione.*

منت *münt.* a. *n. propr.* Monda; *oppidum Granadæ, Hiſpaniæ regni. Cas. Bibl. A. H.*

منّة *münnet.* a. *n. ſ.* 1) Robur, potentia. *Wan.* 2) *contr.* Debilitas. *Gol.*

منتاب *mentāb.* a. *n. propr.* Nom. oppidi in Murcia, *Hiſpaniæ regno. Cas. Bibl. A. H.*

منتاخ *mintāch.* a. *n. ſ.* Volſella, inſtrumentum, quo prehenſi pili & ſimilia e corpore extirpantur. *Wan.*

منتاش *mintāś.* a. *n. ſ.* Volſella. *Wan.*

منتاف *mintāf.* a. *n. ſ.* 1) *i. q. præc. Wan.* 2) Camelus, brevi & contracto incedens gradu. *Gol.*

منتاق *mintāk.* a. *part.* Multa prole *mulier. Wan.*

منتاقوط *mintākūt.* a. *n. propr.* Caſtellum Hiſpaniæ, vulgo *Montagudo* dictum. *Cas. Bibl. A. H.*

منتاي *müntāj.* a. *n. ſ.* 1) Locus diſſitus. 2) Extremitas receſſus. 3) Intervallum. *Wan.*

منتبث *müntebis.* a. *part.* [8 *a* نبث] 1) Fodiens manu *puteum, ſcrobem.* 2) Intumeſcens in aqua *ptiſana.* 3) Sublata veſtis lacinia inſidens ſolo. *Gol.*

منتبج *müntebiğ.* a. *part.* [8 *a* نبج] Intumeſcens *os, oſſis. Gol.*

منتبذ *müntebiz.* a. *part.* [8 *a* نبذ] Recedens ad latus. *Gol.*

منتبر *müntebir.* a. *part.* [8 *a* نبر] 1) Elevatus, elatus. 2) *hinc* Intumeſcens *manus, item* puſtulis correpta *cutis.* 3) Suggeſtum aſcendens *orator, concionator. Gol.*

منتبل *müntebil.* a. *part.* [8 *a* نبل] 1) Qui mortuus eſt *camelus, etiam homo.* 2) Uno celerique impetu auferens, aſportansque *rem.* 3) Evigilans, animadvertens. 4) Dans alicui ſagittas. *Gol.*

منتبه *müntebeh* & *müntebih.* a. *part.* [8 *a* نبه] 1) Excitatus, vigilans e ſomno. 2) Attentus, providus. *Gol.*

منتتر *müntetir.* a. *part.* [8 *a* نتر] Tractus. *Gol.*

منتتش *müntetiś.* a. *part.* [8 *a* نتش] Humiditate turgidum *granum,* primum emittens germinis rudimentum. *Gol.*

منتتف *müntetif.* a. *part.* [8 *a* نتف] Evulſus, defluens. *Gol.*

منتثم *müntetim.* a. *part.* [8 a نثم] Turpia & obſcœna loquens. *Gol.*

منتثر *müntefir.* a. *part.* [8 a نثر] 1) Spatſus. 2) Defluens. 3) Emiſſus per nares *ſpiritus* excernens quid, *atque* ita reddens attractam in nares aquam. *Gol.*

منتثل *müntefil.* a. *part.* [8 a نثل] Vacuans terra *puteum. Gol.*

منتثم *müntefim.* a. *part.* [8 a نثم] Qui turpia & obſcœna loquitur. *Gol.*

منتج *mentiğ.* a. *n. ſ.* Fœturæ, partusve tempus. *Gol.*

منتج *münteğ, vel müntiğ.* a. *part.* [4 a نتج] 1) Partus. 2) Elicitus, concluſus. 3) Parturiens. *Partorito, cauato, concluſo, ò che partoriſce, reca, produce. Wan.* ¶ نيه منتج *neje münteğ?* Quid inde elicitur, concluditur? *Che coſa ſi caua da queſto? doue va à dare, coſa può produrre, ò recare? Ll.* استعجاللري منتج آمال اولميوب *iſti*ğiālleri müntiğī āmāl olmajüp.* Properare nihil ipſis profuit. *L'affrettarſi non ſeruì loro per conſeguire il loro deſiderio. Sæ.* متاع دنياي فاني ايچون مقابلهء جيوش مسلماني منتج خسران و پشيماني در *metā-ÿ dünjāï fānī iciün mukābeleï ğüjüšï müslimānī müntiğī chuſrānü pešīmānī dür.* Propter bona mundi hujus caduci bellum cum fidelibus gerere nihil producit præter damnum & pœnitentiam. *Non ſi conuiene à fratelli, e fedeli il guerreggiare frà di loro per li beni di queſto mondo caduco, e vano; e così fatte querre ſoggliono apportar ſeco danno, e pentimento.* اول ناهيد سپهر عفت بو برجيس آسمان سلطنت و جهانباني ايله قراني منتج نتايج سعادت كامراني اولمق ملاحظهسني وزيرنه القا بيورديلر *ol nāhīdi ſipihrī ÿffet bu bergīsī āsümānī ſæltænetü ğihānbānī ile kyrānī müntiğī netājiğī ſe-ādetī kāmrānī olmak mulāhæzæſini wezīrine ilmā* bujurdyler.* Illius veneris cœli caſtitatis & pudicitiæ cum hoc jove ſphæræ principatus & imperii *aut* monarchiæ conjunctionem fructus felicitatis & animi voluptatis, prout opinabatur, producturam eſſe ſuo veſirio innuit. *Communicò il rè al ſuo primo miniſtro l'opinione, ch'aveva, che facendoſi quella congionzione di venere con giove, cioè, il ſuo matrimonio con quella bella principeſſa, ne naſcerebbono frutti di felicità, e contentezza. Sæ.* بونجه سعي و اقدام منتج مرام اولميوب *bungiæ ſæ*jü yktām müntegī merām olmajüp.* Cum conatus ingens & ſtudium voti compotem eum non redderet. *Con tanti ſforzi ed apparecchi fatti non potendo conſeguir il ſuo intento.* لا يليق حال و منتج آماللدر *lājykÿ hāl we müntegī āmāldür.* Convenit, expedit, & deſideratur. *Conuiene, e ſi deſidera.* عدم انصراف منتج ثمرهء خلافدر *ædemī inſyrāf müntigī ſemereï chyläftür.* Nullitas receſſus, *i. e.* non recedere, fructum pariet contrarium, oppoſitumve. *Il non ritirarſi partorirà frutto, farà effetto contrario. Sæ.*

منتجب *münteğeb.* a. *part. paſſ.* [8 a نجب] Electus, ſelectus. *Gol.*

منتجب *münteğib.* a. *part.* [8 a نجب] 1) Decorticans *arborem.* 2) Eligens, ſeligens. *Gol.*

منتجة *minteğet.* a. *n. ſ.* Podex, quod ex eo prodeunt alvi fæces. *Gol.*

منتجث *münteğis.* a. *part.* [8 a نجث] 1) Educens. 2) Intumeſcens & apparens pinguis. *Gol.*

منتجخ *münteğych.* a. *part.* [8 a نجخ] Sonans, murmurve edens *podex jumenti. Gol.*

منتجع *münteğiæ.* a. *n. ſ.* Manſio, ubi ſubſiſtunt, qui pabulum quærunt. *Wan.*

منتجع *münteğī*.* a. *part.* [8 a نجع] 1) Pabulans, pabulum quærens, *vel* quærens paſcuam *vel* ſativam *terram.* 2) *hinc* Petens adiensve *alium* beneficii obtinendi ergo. ¶ منتجعون *münteği-üne.* Pabulatum vadentes *homines. Gol.*

منتجف *münteğif.* a. *part.* [8 a نجف] 1) Educens. 2) Vacuans *pec. ovem* ſuo lacte. 3) Evacuans *ventus nubem. Gol.*

منتجل *münteğil.* a. *part.* [8 a نجل] 1) Manifeſta & conſpicua evadens *res.* 2) Abiens, præteriens, pergens. *Gol.*

منتجم *münteğim.* a. *part.* [8 a نجم] 1) Apparens, oriens *ſtella.* 2) Deſinens *pluvia, frigus.* 3) Diſcuſſa & evaneſcens *nubes. Gol.*

منتجوشه *mentuğiüšeh.* p. *n. ſ. i. q.* سنبل رومي *sünbüli rumī.* Stiacintius flos. *Ferh.*

منتجي *münteğī.* a. *part.* [8 a نجا] Contingens oculo, *pec.* maligniore & ingrato. *Gol.*

منتجي *münteğī.* a. *part.* [8 a نجو] 1) Invicem involantes in jugulum, uti in pugna fit. 2) Deligens *aliquem*, ut arcanum *ei* dicat, *vel illi* peculiariter deſtinans, tribuensve arcani communionem. 3) Obtinens, eliciens, recuperans. *Gol.*

منتحب *müntæhyb.* a. *part.* [8 a نحب] 1) Vehementer plorans, ejulans alta voce. 2) Vehementer anhelans *ſeu* reſpirans. *Gol.* 3) Aſpirans, anhelans. *Sæ.*

منتحر *müntæhær.* a. *part.* [8 a نحر] 1) Semet ipſum jugulans, conſciſcens ſibi mortem. 2) Tenaces, inter ſe inſiſtentes *rei,* & *pro ea,* quaſi ſe invicem prehendentes in jugulis. *Gol.*

منتحض *müntæhyz.* a. *part.* [8 a نحض] Extenuatus & defectus carne. 2) Carne nudans *os. Gol.*

منتحل *müntæhyl.* a. *part.* [8 a نحل] 1) Falſo arrogans *quid* ſibi, alienum *dictum vel carmen.* 2) Qui profitetur *hanc vel illam ſectam. Gol.*

منتحي *müntæhÿ.* a. *part.* [8 a نحي] 1) Contendens *ad aliquem*, petens *eum.* 2) Inclinans *pec.* in difficiliorem oneris partem. 3) Inclinans in alterutram partem. 4) Convertens *viſum aliquo. Gol.*

منتحية *müntæhijet.* a. *part. fæm. præc.* In latera declinantes *cameli. Gol.*

منتخت *muntæchæt.* a. *part. paſſ.* [8 a نخت] 1) Selectus. 2) Evulſus. *Gol.*

منتخب *müntæchyb.* a. *part.* [8 a نخب] 1) Evulſus. 2) Eligens, ſeligens meliora. 3) Congreſſum viri concupiſcens *fæmina. Gol.*

منتخش *müntæchyś.* a *part.* [8 a نخش] Motus, *aut* movens ſeſe *ad hoc vel illud. Gol.*

منتخص *müntæchys.* a. *part.* [8 a نخص] Abſumpta, periensve *caro alicujus. Gol.*

منتخط *müntæchyt.* a. *part.* [8 a نخط] 1) Emungens, excernens *mucum e naſo.* 2) Similis, referens *alium. Gol.*

منتخع *müntæchy*.* a. *part.* [8 a نخع] 1) Pluviam effundens *nubes.* 2) Longe diſtans *aut* recedens *a terra ſua. Gol.*

منتدار *minnetdār.* p. *adj. comp.* Obligationem habens. *Obligato. Ll.*

منتدب *müntedib.* a. *part.* [8 a ندب] 1) Annuens vocanti, petentive, exaudiens. 2) Benigne rependens & propitius *DEUS.* 3) Leviter effluens *ſeu* exſudans. *Gol.*

منتدح *müntedæh.* a. *n. ſ.* 1) Locus amplus, & late patens. 2) Dilatatio. 3) Amplitudo & libertas ab aliqua re. *Wan.*

منتدي *müntedī.* a. 1) *part.* [8 a ندي] Conveniens, congregatus, præſens in conciliabulo. 2) *n. ſ. ipſum* Conciliabulum, confeſſus confabulantium *pec.* diurnus. *Wan.*

منتذر *müntezir.* a. *part.* [8 a نذر] Votum faciens. *Gol.*

منتر *menter.* a. *n. ſ.* Fungus. *Wan.*

منتر *müntirr.* a. *part.* [7 a نر] Velocius movens pedes, celeriterve incedens. *Gol.*

منتزح *müntezæh.* a. *part. paſſ.* [8 a نزح] Longe diſſitus *locus. Wan.*

منتزع *müntezi*.* a. *part.* [8 a نزع] 1) Dimovens, avellens. 2) Dimotus, avulſus. 3) Continens ſe, abſtinens, deſiſtens, nolens. *Gol.* 4) Cum deſiderio properans *ad aliquid. Wan.* 5) Acceptus, ſumptuſve. *Cauato, ſradicato. Wan.*

منتزي *müntezī.* a. *part.* [8 a نزي] Propenſus, proclivis. *Gol.*

منتسا *müntesee.* a. *n. ſ.* Evagatio, longius intervallum. *Wan.*

منتسب *müntesib.* a. *part.* [8 a نسب] Nomen trahens, nominatus, genus referens. *Gol.*

منتسج *münteseğ.* a. *part. paſſ.* [8 a نسج] Textus. *Teſſuto. Bern.*

منتسج *müntesiğ.* a. *part.* [8 a نسج] Tranſverſis ductibus ſignata *aqua vel arena*, ut ex tranſverſo flantibus ventis fieri ſolet. *Gol.*

منتسخ *müntesæch.* a. *part. paſſ.* [8 a نسخ] Deſcriptus ex alio exemplari, apographum. *Gol.*

منتسخ *müntesych.* a. *part.* [8 a نسخ] 1) Delens. 2) Deſcribens *librum. Gol.*

منتسر *müntesir.* a. *part.* [8 a نسر] 1) Recrudeſcens *vulnus.* 2) In partes ſenſim ſolutus, abienſve *pannus, papyrus. Gol.*

منتسغ *münteſygh.* a. *part.* [8 a نسغ] 1) Anteriorem pedem in pectus jaciens *camelus* propter infeſtantes muſcas. 2) *intransit.* Procul in paſcua procedentes *cameli. Gol.*

منتسف *müntesef.* a. *part. paſſ.* [8 a نسف] Alteratus *pec.* terrore *vel* metu *color. Gol.*

منتسف *müntesif.* a. *part.* [8 a نسف] 1) Eradicans, a fundamento diruens. 2) Clandeſtinum *vel* ſubmiſſa voce habens *ſermonem. Gol.*

منتسق *müntesyk.* a. *part.* [8 a نسق] 1) Ordinatus, diſpoſitus. 2) Ordine cohærentes *res aliis aliæ. Gol.*

منتشا *menteśā.* t. *n. propr.* Nom. loci in Anatolia, ad mare ſiti, *qui antiquitus* Myndus *dicebatur. Gih.*

منتشب *münteśib.* a. *part.* [8 a نشب] 1) Inhærens, infixus. 2) Amans. 3) *tranſit.* Colligens ad comburendum *lignum,* & *cibum ſeu frumentum,* ut inde paretur *quid. Gol.*

منتشر *münteśir.* a. *part.* [8 a نشر] 1) Explicatus, late diffuſus, divulgatus, diſperſus. *Spiegato, ſparſo, diuolgato, diſperſo.* 2) Dedens ſe. 3) Comam explicans *palma.* 4) Inflatus *nervus.* 5) Protenſa & longa *dies.* 6) A paſtore ſegregati paſcentes *cameli.* 7) Libidine incenſus *homo. Gol.* ¶ اهل و عيالرينه تعارض ايتميوب اطلاق اتديلر كدالق ايدوب ممالكه منتشر اولديلر *ehlü ājällerine te-āruz itmejüp ytlāk itiler, gedālyk idüp memālīke münteśir oldyler.* Uxores, prolesque eorum

نازك خلق *nāzik chulk.* p. *adj. compos.* Qui teneræ, lenis & flexibilis est indolis. *Cast.*

نازكلك *nāziklik.* t. *n. f.* Teneritudo, mollities, subtilitas. *Delicatezza, tenerezza, gen-*

gentilezza. ¶ نازكلكله *nāziklig̃ile.* Delicate, molliter. *Delicatamente, gentilmente.*

نازل *nāzil.* a. *part.* 1) Deſcendens. 2) Diverſans. *Che cala, ſi abbaſſa, & ſmonta in qualche luogo. Wan.* ¶ نازل اولمق *nāzil* ol. Deſcendere. اوزرينه نازل اولدي *üzerine nāzil oldy.* In eum eoſve deſcendit, irrupit. *Calò ſopra di loro, lì aſſalì. Sæ.* ı نازل *nāzil* e. Demittere, facere deſcendere. *Far calare, mandar in giù. Teſ.*

نازله *nāzilet, vulg. nāzile.* a. n. ſ. 1) Cœlitus immiſſus caſus. *Wan.* 2) Caſus fortunæ *pec.* durus & adverſus. *Infortunio, accidente, diſgrazia, mandataci dal cielo.* ¶ نازلۀ آسماني كبي *nāzileï āsūmānī g̃ibi.* Inſtar caſus, cœlitus immiſſi. *Come ſe gli foſſe caſcato dal cielo. Sæ.*

نازلنمق *nazlanmak.* t. *V. neut. paſſ.* 1) Delicate, molliter ſe gerere, diſſimulare in amore. 2) Geſticulationes amoroſas & indignationem præ ſe ferre, delicias præſeferre. *Far il delicato, far il ritroſo.*

نازلو *nāzlü.* t. *adj.* 1) Delicatus. 2) Geſticuloſus, diſſimulans in amore, indignationem præ ſe ferens, cum tamen non ſit. *Delicato, morbido, vezzoſo, ſdegnoſo, ritroſo.*

نازنده *nāzende.* p. *adj.* 1) *i. q. præc.* 2) Gratus, amicabilis *in amore. Caſt.*

نازنين *nāzenīn.* p. *adj.* 1) Delicatus, delicioſus. 2) Diſſimulatrix *in bonam partem,* amata, dilecta. *Ferh.* ¶ زن نازنين *zenī nāzenīn.* Elegans, molliter habita & educata *mulier. Amata, diletta, leggiadra, vezzoſa.* محبوب نازنين *mæhbūbī nāzenīn.* Dilectus, delicatus, tenellum amaſium. *Amato, ò inamorato leggiadro, e delicato.* اوقات نازنين *ewkātī nāzenīn.* Delicatæ, pretioſæ horæ. *Horæ pretioſe. Ik.* شاهك بر دختر پاكيزه كوهري و بر نازنين ناز پروري واردر *śāhün-bir dochterī pākīze g̃ewherī we bir nāzenīnī nāz perwerī wardür.* Rex habet filiam optimæ indolis, & delicatam, teneramve virginem, molliter educatam. *Il rè à una vaga, tenera, delicata, leggiadra figliuola.* اي نازنين عالم ارا واي مه جبين دل ارا *ej nāzenīnī ālem ārā wej meh g̃ebīnī dil ārā.* O delicium mundi ac ornamentum, & o fronte, lunæ ſimili, prædita, cordi prædilecta. *Eb.*

نازو *nājü.* p. *n. ſ.* Pinus; *arbor. Ferh.*

نازون *nājün.* p. *n. ſ.* Juniperus; *arbor. Ferh.*

نازيدن *nāzīden.* p. *V.* 1) Diſſimulare *in amore,* cum faſtu efferre ſe, *ut amaſia, pueri.* 2) Gloriari *pec.* opibus. *Ferh.* 3) Cum livore æmulari, invidere. 4) Blande, humaniter, & bene tractare, indulgere, connivere in ferendis alienis erroribus. 5) Commoda vitæ invenire, & in lætitia vitam tranſigere, *aut* lætitiam momentaneam percipere. 6) Conſtantem animo lætitiam alere. *Caſt.*

نازيه *nāzijet.* a. 1) *n. ſ.* Scutella *vel* paropſis depreſſior. 2) *part.* Calida, & *contra* frigida. *Gol.*

نازين *nājīn.* p. *n. ſ.* Arbor quædam lignitoria. *Ferh.*

ناس *nās pro* أناس *enās.* a. 1) *n. propr.* Nom. auctoris tribus arabicæ. 2) *n. ſ.* Homines, genus humanum. *Wan.* 3) Genii & dæmones. 4) Id, quod de tecto domus ſuſpenditur. *Uomo, uomini, gente, popolo. Wan.* ¶ مقتداي ناس *muktedāī nās. i. q.* امام *imām.* 1) Præſul, antiſtes. 2) Parochus, *quippe* quem alii in precatione ſequuntur. *Paroco, prelato. Ik.* سورة آلنّاس *sūretün-nās.* Inſcriptio ſuræ corani centeſimæ decimæ quartæ, *homines* compellatæ. *Marrac.*

ناشّ *nāſſ.* a. 1) *part.* Increpans, abigens *camelum.* 2) *pl.* نشّس *nüſſes.* Siccus *panis.* 3) Sitibunda *avis.* 4) *n. ſ. i. q.* نسناس *neſnās.* Simiæ ſpecies. *Gol.*

ناساز *nāsāz.* p. *adj. compos.* 1) Inſulſus. 2) Diſſonus, diſcrepans. 3) Obſcœnus, inurbanus, incivilis. *Diſcrepante, che no s'accorda, diſſonante, ed inciuile, ſcorteſe. Bern.* ¶ بو آهنك ناساز *bu āhenkī nāsāz.* Diſſona hæc modulatio, & hoc propoſitum inſulſum & abſurdum, nullius exitus. *Queſt' impreſa mal riuſcita. Sæ.*

ناسازكار *nāsāzkār.* p. *adj. compos.* 1) Abſurdum faciens *aut* diſſonum reddens. 2) Infauſtus, infelix, adverſus. 3) Diſcors, diſſentiens. *Sæ.*

ناسازكاري *nasāzkārī.* p. *n. ſ. compos.* Diſcordantia, abſurditas, diſſenſio. ¶ ناسازكاري كردن *nāsāzkārī kerden.* Diſſentire. *Caſt.*

ناسپال *nāſpāl.* p. *n. ſ. compos.* Cruſta mali punici, *ſeu* granati. *Ferh.*

ناسه *nāſet. pec.* c. *artic.* ألنّاسه *en-nāſet.* 1) a. *n. propr.* Mecca; *urbs, ob aquæ inopiam ſic dicta. Gol.* 2) *n. ſ.* Panis ſiccus. *Wan.*

ناستاد *nāsitād.* p. *n. propr.* Nom. loci, *aut* diſtrictus. *Ferh.*

ناسپاس *nāſipās.* p. *adj. compos.* Ingratus. *Ingrato. Sæ.*

ناستوده *nāsütūde.* p. *adj. compos.* 1) Illaudabilis, ignobilis, vilis, ineptus. 2) Nullius pretii, pravus, deterior, ſequior. *Vile, abjetto, cattiuo. Ferh.*

ناسج *nāsig̃.* a. *part.* 1) *in gen.* Texens, textor. 2) Compoſitor, componens arte ac fingens *orationem. Teſſitore, compoſitore. Wan.* ¶ ناسج آلحيل *nāsig̃iül-hyjel.* Dolorum textor, machinator. *Tramator d'inganni.*

ناسخ *nāsych.* a. 1) *n. ſ.* Oraculum, *aut* dictum, quod per ſubſequens, & poſterius deletum *aut* abrogatum eſt. *Wan.* 2) *in corano* Verſus ejusmodi, quo quidpiam, alibi præceptum aut dictum, abrogatur. *Marrac.* 3) *part.* Delens *ſeu* deletor, abolitor, obliterator. 4) Deſcriptor *libri.* 5) Transformator. *Cancellatore, copiſta. Bern.* ¶ ناسخ اولمق *nāsych* ol. Delere, tollere. *Cancellare, toglier di mezo.* هنوز پاي تقرر و ثباتلري بو ديارده راسخ و آب سيفلري دولت موروثه‌مز رايتني ناسخ اولمامشكن *henūz pāī tekærrürü ſebātleri bu dijārde rāsych we ābī ſejfleri dewletī mewrūſemüz rājetini nāsych olmamyś iken.* Cum nondum, *ſeu* antequam pes illorum conſiſtentiæ & firmitatis in his ditionibus fixus ac firmatus ſit, atque unda framearum eorum vexillum regni noſtri hæreditarii obliteraverit. *Prima dunque, che habbino diſtrutto con l'armi in mano le noſtre forze, e li noſtri ſtati hereditarii. Sæ.*

ناسخ *nāsych.* p. *n. ſ.* Genus panni ſericei, auro, & argento intertexti. *Ferh.*

ناسره *nāsere.* p. *n. ſ.* 1) Numus, qui non recipitur, *aut* expenditur. 2) *abſolute* Omnis res, quæ difficulter diſtrahitur *aut* exitum non invenit. 3) Arvum, ager conſitus. *Moneta, ò altro, che non paſſa, & campo ſeminato. Ferh.*

ناسزا *nāsezā.* p. *adj. compos.* 1) Indignus. 2) Indecens, impertinens. *Indegno, indecente, & immeriteuole. Ferh.* ¶ ناسزا سويلملك *nāſezā söjlemek.* Indignā, impertinentia, *vel* indecenter, impertinenter loqui. *Dir coſe indegne, ò impertinenti, parlar indecentemente.* خطاب ناسزا اتدي *chytābī nāſezā itty.* Indecenter illum allocutus eſt. *Indecentemente gli parlò.* اعمال ناسزاسنك جزاسن يرينه كتوره *æ'mālī nāsezāſinün-g̃ezāſin jerine g̃etüre.* Ut condignam operationum ejus indignarum pœnam illi infligeret. *Acciò che lo caſtigaſſe per gl' oltraggi, ed eceſſi da lui commeſſi.* شديده دك انعقاد بولان مراسم حبّ و وداد بالكلّيه برباد اولوردي بلكي عمال ناسزالري جزاسنك ظهورنه فرمان قضاجريان صدور بولور ايدي *śimdijedek in-ÿkād bulan merāſimī hubbü widād bil-küllīje berbād olurdy, belki æ'mālī nāſezāleri g̃ezāſinün-zuhūrine fermānī kæzāg̃erejān ſudūr bulur idy. Si. . .* hucuſque ſtabilitæ amoris & amicitiæ leges in auram iviſſent, immo, ut indignis actionibus eorum debita pœna aſſignaretur, mandatum regium jampridem emanaſſet. *Se. . . ſin'a queſt' hora ſaria ſuanita, ed andata al uento la voſtra amicitia, che hauete fatto, e forſi ſaria ſtato dato l'ordine, che quella inſolente gente foſſe punita per le ſue indegne azzioni. Sæ.*

ناسع *nāsi'.* a. 1) *n. ſ.* Longa cervix. 2) *part.* Incircumciſa *mulier. Gol.*

ناسعه *nāsi-æt.* a. *part.* 1) *i. q. præc.* 2) Longum dorſum, *aut* longum clitorium habens *mulier. Gol.*

ناسفته *nāsüfte.* p. *adj. compos.* 1) Imperforatus, integer. 2) Intacta *virgo.* 3) Tenuis. *Caſt.* ¶ درّ ناسفته *dürrī nasüfte.* Non perforata, integra margarita. *Perla vergine.*

ناسك *nāsik.* a. *part.* Deo devotus, virtuti deditus. *Wan.*

ناسكاليده *nāseg̃ālīde.* p. *adj. compos.* Mente non concepta, non conſiderata *res. Ferh.*

ناسكه *nāſiket.* a. *part.* Virens, & pluvia rigata *terra. Gol.*

ناسله *nāſilet.* a. *part.* Paucæ carnis *femur. Gol.*

ناسم *nāſim.* a. *part.* Æger, extremum agens ſpiritum. *Gol.*

ناسوت *nāsūt.* a. *n. ſ.* Humana natura, humanitas. *Natura humana, humanità. Wan.*

ناسور *nāsūr.* a. *n. ſ.* 1) Morbus oculi in angulis, *vel* in podice *vel* gingivis cum continuo fluxu. 2) Arteria, pulſus dicta, cujus ſanguis ſiſti nequit. *Wan.*

ناسور *nāsūr.* p. *n. ſ.* Vulnus inſanabile, incurabile. *Ferh.*

ناسي *nāsī.* a. *part. pl. ſan.* 1) Obliviſcens, oblitus. 2) *pec.* Qui differt peregrinationem meccanam. *Wan.* 3) Oblivioſus. *Che ſi ſcorda, ſcordeuole, dimenticheuole. Wan.* ¶ ناسي اولمق *nāsī* ol. Obliviſci. *Scordarſi, dimenticare.* باس و سطوتني ناسي اولوب *beesü ſætwetini nāsī olüp.* Potentiæ ejus oblitus. *Scordatoſi della ſua forza, e potenza. Sæ.*

ناسيدن *nāsīden.* p. *V.* 1) Vitioſa, pravaque indole naſci *puerum. Caſt.* 2) Ab ipſo partu

uno, *aut* duobus membris corporis mutilum eſſe. 3) Macilentum fieri. *Ferh.*

ناش *nāś.* p. *n. ſ.* Planctus. *Caſt.*

نأش *neeś.* a. *V. act.* [F. 3.] 1) Accipere, ſumere, *uti comedendum quid.* 2) Vi capere, violenter prehendere. 3) Surgere, aſſilire. *Gol.* 4) Differre *negotium. Wan.*

ناشايسته *nāśājiſte.* p. *adj. compos.* Indignus, illicitus, indecens. *Indecente, illecito, indegno.* ¶ ناشايسته حركات *nāśājiſte hærekāt.* Motus *aut* actiones illicitæ, indignæ, delicta, facinora. *Azioni indegne, moti illeciti, delitti, misfatti. Ll.* ناشايسته حركاته شروع اتدكلرندن خبردار اولوب *nāśājiſte hærekāte śurū* ittüklerinden chæberdār olúp.* Poſtquam reſcivit, eos indignas actiones, exceſſusve patrare incepiſſe. *Auendo inteſo, che cominciauano azioni indegne. Sæ.*

ناشب *nāśib.* a. 1) *part.* Hærens, inhærens. *Gol.* 2) *pl.* ناشبة *nāśibet.* Qui habet ſagittas. 3) *hinc n. ſ.* Vir. *Wan.*

ناشبة *nāśibet.* a. *part.* 1) *fœm. præc. pec.* Infixa & adhærens *res.* 2) *pl. a* ناشب *nāśib.* Qui habent ſagittas. ¶ ناشبة آلمحالة *nāśibetül-muhālet.* Trochlea. *Gol.*

ناشتا *nāśtā.* p. *adj. compos.* 1) *i. q.* اچ قرننه *ać karnyne.* Jejuno ſtomacho, *aut* jejunus. *Ferh.* 2) Peregrinus. 3) Credito accepta *res.* 4) Rei ſolvendum *pretium.* 5) Par. *Ni*.*

ناشتايي *nāśtājī.* p. *n. ſ.* 1) Jejunitas, jejuni fames. 2) Jentaculum, quod quis jejunus ſumit. *Caſt.*

ناشر *nāśir.* a. *n. ſ.* Coluber *Haje; ſpecies amphibii. Forsk. deſcr. An.*

ناشر *nāśir.* a. *part.* 1) Diſpergens, diffundens, divulgans. 2) Vivificans. *Ll.*

ناشرة *nāśiret.* a. 1) *n. propr.* Nom. viri. 2) *part.* Revireſcens extrema æſtate pabulum habens *terra.* 3) *pl.* نواشر *newāśir.* Vena *ſeu* nervus & tendo brachii, *pec.* internus. *Wan.*

ناشز *nāśiz.* a. *part.* 1) Pulſans & efferens ſe præ morbo *vena,* & præ pavore *cor.* 2) Immorigera *mulier. Gol.*

ناشسته *nāśüſte.* p. *adj. compos.* Illotus. *Ferh.* ¶ طفل ناشسته *tyfli nāśüſte.* Infans illotus, nondum ex ſordibus elutus. *Fanciullo non lauato, ò nettato. Ik.*

ناشص *nāśys.* a. *part.* Immorigera, & a marito aliena *mulier. Wan.*

ناشط *nāśyt.* a. *part.* 1) Lubens & alacer, ac lætiore pabulo pinguis & alacer factus *equus.* 2) Exiens e loco, & diſcurrens, *pec. taurus* ſylveſter de terra in terram diſcurrens. 3) Per ſidera diſcurrentes *ſtellæ. Wan.* 4) *pl.* نواشط *newāśyt.* Exorbitantes, & a propoſito alienæ *quæſtiones. Gol.*

ناشطات *nāśytāt.* a. *n. ſ.* Stellæ de una cœli parte in alteram migrantes. *Hyd. tab. ſtell. fix.*

ناشع *nāśi*.* a. *part.* Extans, prominens. *Gol.*

ناشغ *nāśygh.* a. *part. pl.* نشّغ *nüśśægh.* Reciprocans in pectore vocem. *Gol.*

ناشف *nāśif.* a. *n. ſ. idiomate Mauritaniæ* Amarilli ſpecies ſine ſucco, & ingrata. *Domb. Addit.*

ناشك *nāśik.* p. *adj.* Quod mutuo *aut* fœnorato accipitur *vel* datur. *Ferh.*

ناشكفته *nāśüküfte.* p. *adj. compos.* 1) Nondum apertus *flos.* 2) Non fiſſum, intactum *quid.* ¶ ابكار ناشكفته *ebkārī nāśüküfte.* Virgines intactæ. *Del.*

ناشكيبا *nāśekibā.* p. *adj. compos.* Impatiens, inſtabilis. *Impatiente.* ¶ جريدهء افكارندن شكّ رقمن حكّ ايچون جنك ابراسني امضا وقلب ناشكيباسين مواعيد لطفله ارضا اتدي *ğerīdeī efkārinden śekk rækæmin hækk iciün ğenk ibrāſini imzā we kælbī nāśekibāſin mewā-ȳdī lutfile irzā itty.* Ad eradendam ex volumine cogitationum ejus omnem ſuſpicionem *aut* dubium, apochæ, *ſeu, ut loquimur,* quietantiæ belli ſubſcripſit, *i. e.* ſe cum eo non bellaturum promiſit, adeoque cor ejus animumve impatientem gratioſis promiſſis contentum reddidit. *Gli ſcriſſe una lettera corteſe con promeſſe gratioſe per torgli dall' animo ogni dubbio, e ſoſpetto. Sæ.*

ناشلة *nāśilet.* a. 1) *part.* Pauca carne conſtans *femur.* 2) *n. ſ.* Levis tenuisque clavis. 3) Aqua, recenter e puteo educta. *Gol.*

ناشنا *nāśinā.* p. *adj. contract. pro* نا اشنا *nā āśinā.* Ignotus, peregrinus, alienigena. *Ferh.*

ناشناس *nāśinās.* p. *adj. compos.* 1) Non intelligens, rudis. 2) Ruſticus *homo. Che non intende, non conoſce, ignorante, & villano, ruſtico. Ferh.*

ناشناسي *nāśināsī.* p. *n. ſ.* 1) Ignorantia, ruditas. 2) Ruſticitas. *Caſt.*

ناشنجه پتن *nāśinğa peten.* p. *n. propr. compos.* Nom. civitatis in Indiæ regione اوريشا *orīśā. Gih.*

ناشور *nāśūr.* p. *n. ſ.* Vulnus *ſeu* ulcus vetus. *Caſt.*

ناشي *nāśī.* a. *part.* 1) Creſcens, accreſcens, adoleſcens, proveniens, incrementum capiens. 2) De novo productus, *aut* prodiens, exoriens. *Che creſce, prouiene, ſorge, nuouamente prodotto, ò uſcito in luce. Wan.* ¶ ناشي او, *nāśī ol.* Creſcere, educari, provenire. رخصت ويرلكدن ناشي مرادمي اتميورسز يوخسه ضبطلرنه مي قادردكلسز *ruchſæt wirilmekten nāśī mürādmi itmejürſyz, jochſæ zæbtlerine mi kādyr degülſyz.* Nunquid efficaciter non vultis *id reprimere,* quod provenit ex conniventia & facultate illis data, an vero eos regere ac frænare non poteſtis? *E forſi, che per connivenza non hauete intenzione di reprimerli, ò raffrenarli.* خلاف صلح و صلاحدن ناشي بر مصلحتدر رضا ويرلك معقول دكلدر *chylāfi ſulhu ſælāhten nāśī bir mæslæhættür ryzā wirilmek mæ*kūl degüldür.* Res eſt, ex non obſervantia pacis proveniens, cui aſſentiri *aut* quam permittere rationi non eſt conſentaneum. *Queſta è una coſa, che prouiene da non oſſeruar la pace, è contro la pace, non è ragioneuole di acconſentirui.* ارباب شقاق و غرض نفاقدن ناشي بو مقوله كفت و كو *erbābī śikāku ghærœzu nifākten nāśī bu mækūle güftü gū.* Verba hujusmodi inania, ex ore inobedientium *ſeu* refractariorum, odio *aut* paſſione fragrantium & falſitatem ac hypocriſin ſectantium hominum provenientia. *Simili parole, che vengono portate da' maleuoli, appaſſionati. e doppii, falſi, ed ipocriti. Ll.*

ناشي *nāśī.* a. *n. ſ. pl.* نشّأ *neśśee, neśśā,* & نشء *neś'.* 1) Adoleſcens. 2) Adoleſcentula. 3) Juvencus, juvenca. *Gol.*

ناشئة *nāśiet.* a. 1) *part. fœm. præc.* Quæ adoleſcit. 2) *n. ſ.* Prima hora noctis *vel* diei, *aut* quævis hora, qua quis noctu ſurgit. *Wan.* 3) *in genere* Principium. 4) Quidquid nocte producitur *vel* oritur, & apparet, *pec.* ad Dei cultum ſpectans. 5) Iterum atque iterum ſurgere a ſomno. 6) Plantæ cujusque primum ac molle germen. *Gol.*

ناشيرين *nāśīrīn.* p. 1) *adj. compos.* Non dulcis. 2) Ingratus *vultus,* inſipidus *cibus.* 3) Segnior, non bonus. *Caſt.*

ناصب *nāſyb.* a. 1) *part.* Erigens, erectum conſtituens. 2) Laſſus, defeſſus. 3) Laborioſa & moleſta *via.* 4) *n. ſ.* Motus. *Che drizza, alza, pianta. Gol.* ¶ اول ناصبان الويهء جهاد و ناهبان اعماد كروه فساد اولان مجاهدلر *ol nāsybānī elwijeīğihād, we nāhibānī æ*mādī kürūhī fesād olan müğiāhidler,* Illi erectores vexillorum belli ſacri, ac direptores columinum turmarum rebellium bellicoſi milites. *Quelli guerrieri. Sæ.*

ناصح *nāsyh.* a. 1) *part.* Monitor, conſultor, conſilii dator, amicus *pec.* ſincerus, fidelis *miniſter.* 2) Pura & ſincera *res.* 3) *n. ſ. pec.* Mel tale. *Wan.* 4) Sartor. *Ammonitore. conſultore, eſſortatore. Gol.*

ناصحي *nāsyhȳ.* a. *part.* Sartor. *Gol.*

ناصر *nāsyr.* a. 1) *part. pl.* نصّار *nussār.* Adjutor, defenſor. *Wan.* 2) Victoriæ dator *Deus.* 3) *n. ſ. pl.* نواصر *newāsyr.* Canalis, locuſve, per quem aqua in alveum fluit, *pec.* qui major, quam تلعة *tel-æt,* & quidem duplo *aut* circiter, *quod nempe præcipuum torrentem juvat. Ajutatore, datore della vittoria. Gol.* ¶ الله سزه ناصر و معين اولا *āllāh ſize nāsyrü mu-ȳn ola.* DEUS vobis ſit adjutor ac opitulator. *Iddio ſia quello, che vi ajuti, difenda, aſſiſta.*

ناصرة *nāsæret* & *c. art.* النّاصرة *en-nāsæret.* a. *n. propr.* Nazaretum; *nomen notiſſimæ Chriſtianis in Palæſtina civitatis, quæ nunc temporis vicus magnus eſt. Schult.*

ناصع *nāsy*.* a. *part.* Purus & ſincerus *color, pec.* albus & flavus. *Wan.* ¶ ناصع أبيض *nāsȳ* ebjæz,* & ناصع آلبياض *nāsy-ül-bejāz.* Sincere albus, candidus, niveuſve. *Wan.*

ناصف *nāsyf.* a. *n. ſ.* Famulus. *Gol.*

ناصفة *nāsyfet.* a. *n. ſ. pl.* نواصف *newāsyf.* 1) Canalis, mediuſve locus, per quem fluit aqua in valle, alveove. *Wan.* 2) Saxum in media ejus parte. *Gol.*

ناصل *nāſyl.* t. *compos. pro* نه اصل *ne aſyl?* Qualis, cujusmodi, *q. cujus originis, generis? Quale, di che ſorte.*

ناصواب *nāsæwāb.* a. p. *part. compos.* Non rectus, pravus, minime ſalutaris. *Cattiuo, non retto.* ¶ هرزه و ناصواب *herze wü nāſæwāb.* Vana & falſa. *Ciancie, e parole falſe, ò mal fondate.* بيككك اهمالي و فكر ناصوابي موجب اعمالي ايدي *bejgün-ihmālī we fikrī nāſæwābī mūğibī æ*mālī idy.* Ducis *aut* begi negligentia & conſilium pravum cauſa fuit operationum illius. تعلّل تسويف ايله جواب ناصواب ويروب *te-æl-lüli teswīf ile ğewābī nāſæwāb wirüp.* In futurum dilationem cauſatus reſponſum

dans non rectum *aut* plausibile. *Mandò un' impertinente risposta.*

ناصور *nāsūr.* p. *n. f.* 1) Vulnus vetus *seu* inveteratum. *Piaga vecchia.* 2) *usitat.* Callus. *Callo.*

ناصورلنمق *nāsurlanmak.* t. *V. neut. pass.* Callum obducere. *Far il callo.*

ناصورلو *nāsurlü.* t. *adj.* Callosus. *Calloso. Bern.*

ناصية *nāsyjet*, *vulg.* *nāsyje.* a. *n. f. pl.* نواصي *newāsy.* 1) Antiæ, capronæ, coma frontis propendula. 2) *ipsa* Frons. *Ciuffo di capelli, che pendono sù la fronte, & fronte. Wan.* ¶ ناصيه‌لرنده مسطور *nāsyjelerinde mestūr.* Inscriptum in frontibus eorum, a natura designatum, *aut* a Deo prædestinatum *quid. Ik.* * *Express. fig.* ناصيه دارانى پاك *nāsyje dārānī pāk*; *h. e.* اوليا و صلحا و اتقيا *ewlijā wü sulæhā wü etkyjā.* Sancti, probi, & Deum timentes, pii *homines. Ferh.*

ناض *nāzz.* a. 1) *part.* Possibilis, parabilis. 2) Quod facile conficitur, *negotium.* 3) *n. f.* Numi argentei, *pec.* pecunia, ex mercibus, supellectili confecta. *Wan.*

ناضب *nāzyb.* a. *part.* Longinquus, longe patens *campus. Wan.*

ناضج *nāzyğ.* a. *part.* Maturus *fructus*, probe cocta *caro.* ¶ نضيج آرای *næzyğür-reej.* Maturus consilio. *Wan.*

ناضح *nāzyh.* a. *part.* Aquatorius *camelus*, cujus ope hauritur *aut* ad rigandum defertur aqua. *Wan.*

ناضحة *nāzyhæt.* a. *part. fæm. præc. Wan.*

ناضر *nāzyr.* a. 1) *part.* Floridus, vividus, ac splendens. 2) *n. f.* Muscus, mucorve aquaticus. ¶ اخضر ناضر *æchzærü nāzyr.* Pulchre ac læte virens. *Gol.*

ناضف *nāzyf.* a. *part.* Qui multum pedit, crepatve ventre. *Gol.*

ناطب *nātyb.* a. *n. f.* Colum, quo colatur quid. *Gol.*

ناطح *nātyh.* a. 1) *part.* Cornu petens, arietans. 2) Antrorsum *seu* ex adverso accurens *avis vel fera.* 3) *n. f. p. c. artic.* Duo cornua arietis *scil.* lucidæ stellæ in capite ejus. 4) Adversitas. ¶ ليس له ناطح و لا خابط *lejse lehu nātyhun we lā ehābytun.* Nec illi ovis nec camelus est, *i. e.* nihil, quod alicujus sit momenti. *Wan.*

ناطر *nātyr.* a. *part. pl.* نطار *nuttār*, نطرا *nutærā*, نواطير *newātyr*, نطرة *nætæret*, &

ناطرون *nātyrūne.* 1) Vineæ *vel* palmarum custos. *Wan.* 2) *usit.* Servus balnei. *Servitor del bagno, che netta le scarpe. Gol.*

ناطرون *nātyrūn.* a. *n. propr.* Nom. loci in districtu Damascensi. *Wan.*

ناطس *nātys.* a. *part.* Explorator, speculator. *Wan.*

ناطف *nātyf.* a. *n. f.* Bellarii candidi & duri genus, ex sapa & radice عسلج *üslüğ* multa coctione confectum. *Gol.*

ناطق *nātyk.* a. 1) *part. in genere* Loquens. 2) Perspicuus *liber.* 3) Rationale *animal.* 4) Vocales *opes*, *i. e.* pecudes, animantia, *uti:* غير ناطق *ghæjrī nātyk* mutus, & irrationalis. 5) *n. f.* Hypochondrium. *Parlatore, che parla, fauella, & ragioneuole, chi hà intelletto. Wan.* ¶ حيوان ناطق *hæjwānī nātyk.* Animal rationale, homo. حيوان غير ناطق *hæjwānī ghæjrī nātyk.* Animal irrationale, bestia. *Wan.*

ناطقة *nātykæt.* a. 1) *part. fæm. præc.* 2) *n. f.* Virtus locutiva, loquela, usus loquelæ. ¶ طوطى ناطقة *tutyī nātykæt.* Psittacus loquelæ. *Wan.*

ناطل *nātyl.* a. 1) *n. propr.* Nom. unius ex duodecim anni mensibus apud priscos Arabes, *quo vindemiare solebant. Cas. Bibl. A. H.* 2) *n. f. pl.* نواطل *newātyl*, & نياطل *nejātyl.* Mensura, qua metiuntur vinum. *Wan.* 3) Quod supra mensuram redundat. 4) Haustus unus vini, aquæ, lactis. ¶ ما ظفرت بناطل *mā zæfertü bi nātyl.* Non consecutus sum quidquam. *Gol.*

ناطل *nātyl.* p. *n. f.* Pondus septem, *aliis* duarum & dimidiæ drachmarum. *Ferh.*

ناطور *nātūr.* a. *part.* Vinearum custos. *Wan.* * *Express. fig.* ناطور كنبد *nātūrī künge*; *h. e.* هركسه بيمعنى و بلا استحقاق تواضع و التيام ايدن *her kese bimæ'ni we bilā ystykāk tewāsu' we iltijām iden.* Qui erga omnes immerito & absque ratione submissionem, & lenitatem commonstrat. *Ferh.*

ناظر *nāzyr.* a. 1) *part.* Videns, aspiciens, observans. 2) Custos, spectator. 3) Præfectus. 4) Inspector. *Gol.* 5) *n. f.* Nigrum illud punctum in pupilla oculi. *Inspettore, custode, saprastante, commissario. Wan.* ¶ ناظر و سركار *nāzyrü serkār.* Inspector. *Intendente, comissario, soprastante. Sæ.* كوپرى ناظرى *küpri nāzyri.* Inspe-

ctor pontis, qui curam habet eum reparandi, conservandi. *Commissario, ò intendente del ponte.* شكوه عثمانى ايله انكوريه صحراسى حيرت افزاى ناظران اولدى *sükūhī ōsmānī ile engürije sæhrāsī hæjret efzāī nāzyrān oldy.* Ex magnificentia ottomanorum Ancyræ campus stuporem auxit spectantibus. اول ولايته ناظر ديار ايتمش *ol wilājete nāzyrī dijār itmiš.* Præfecit eum illi provinciæ. *Gli diede il gouerno di quel paese. Ah.* ناظر اول *nāzyr* ol. Spectare, observare. *Guardare, minare*

ناظرة *nāzyret.* a. *n. f.* 1 Oculus. 2) Vis aspectiva, visiva, observativa. *Gol.*

ناظم *nāzym.* a. *part.* 1) Ordinator, compositor, concinnator. 2) Lineis, نظامان *nyzāmān* dictis, præditus *piscis vel lacertus.* 3) Fœta *ovis, gallina. Compositore, aggiustatore. Wan.* ¶ ناظم اشعار *nāzymī eś-ār.* Concinnator, compositor poematum, carminum. *Ordinator di poesie, compositore di rime poetiche.*

ناظورة *nāzūret.* a. *n. f.* *i. q.* نظورة *næzūret.* Is, ad quem præ cæteris respicitur. *Wan.*

ناعبة *nā-ybet.* a. *part.* Velox, celeriter incedens *camelitis. Gol.*

ناعجة *nā-ygет.* a. *part.* 1) Alba *camelitis.* 2) *pec.* Qua quis vectus bovem sylvestrem album venatur. *Wan.* 3) Plana, æquabilis, facilisve *terra. Gol.*

ناعس *nā-ys.* a. *part.* Dormitans, proclivis in somnum, somnolentus. *Wan.* ¶ ناعس اول *nā-ys* ol. Obdormire. *Addormentarsi. Bern.*

ناعص *nā-ys.* a. *n. propr.* Nom. viri. *Wan.*

ناعط *nā-yt.* a. 1) *part. pl.* نعط *nu-ūt.* Qui dimidiam cibi, buccæve partem comedit, alteram in paropsidem remittit, *seu* qui immodeste & indecore capit cibum. 2) Qui iter longinquum facit, & procul peregrinatur. 3) *n. propr.* Nom. agri in Arabia felice. *Gol.* 4) Nom. montis prope Sinaan, & extantis in eo arcis. 5) Nom. tribus arabicæ. *Wan.*

ناعفة *nā-yfet.* a. *n. f.* Laxa & pendula auris. *Gol.*

ناعقان *nā-ykān*, *pec. c. art.* النّاعقان *en-nā-ykān.* Dua stellæ in Orione. *Wan.*

ناعل *nā-yl.* a. *part.* 1) Calceatus, soleatus, *aut* qui calceos soleasve habet. 2) Iis abundans. 3) Onager. 4) Dura solidaque *ungula. Gol.*

ناعلة *nā-ylet.* a. *part. fæm. præc. Wan.*

ناعم *nā-ym.* a. 1) *n. propr.* Nom. castelli in Hegiaza, Arabiæ regione, in tractu civitatis خيبر *chæjber. Gih.* 2) *part.* Mollis, lenis, commodus, tener, delicatus. *Morbido, commodo, tenero, delicato. Wan.*

ناعمة *nā-ymet.* a. *n. f.* Pratum, amœnus hortus. *Gol.*

ناعور *nā-ūr.* a. *n. f. pl.* نواعير *newā-ÿr.* 1) Sanguinem subsultim emittens vena. 2) Sedari nequiens *seu* inhiberi talis vena. *Gol.* 3) Ala molæ. 4) *ipsa* Mola aquaria, hydromyla. *Wan.*

ناعورة *nā-ūret.* a. *n. f. pl.* نواعير *newā-ÿr.* 1) Mola aquaria, quæ, aquæ cursu, jumentis, *vel* vento mota, aquam haurit, sursumque effert e flumine, *vel* puteo, *à sono suo ita dicta.* 2) Urna, qua hauritur aqua. 3) Nares, earumve interstitium. *Gol.*

ناعوظ *nā-ūz.* a. *part.* Qui excitat sibi libidinem sive erectionem penis, نعظ *næ'z* dictam. *Gol.*

ناعي *nā-ÿ* a. 1) *part.* Nuntius mortis, qui annuntiat mortem. 2) *n. f.* Annuntiatio mortis, *seu* nuntius, qui affertur de morte *alicujus. Gol.*

ناغ *nāgh.* p. *n. f.* *i. q.* قره اغاج *kara aghağ.* Ulmus; *arbor. Ferh.*

ناغشت *nāghyšt.* p. *n. f.* Piperis nigri *seu* æthiopici species. *Ferh.*

ناغض *nāghyz.* a. 1) *part.* Post res alias se movens *res*, *ut* cum *nubes* vestigiis alterius insistit. *Gol.* 2) *n. f.* Scapulæ cartilago. *Wan.*

ناف *nāf.* p. *n. f.* 1) Umbilicus. 2) Medium rei cujusve. *Ferh.* 3) Pulvillus rotundus. *Umbilico, & cuscinetto tondo Ferh.* ¶ ناف سپر *nāfi siper.* Umbo clypei, *qui fere præpilatus esse solet.* اول خنجر تيزى ناف صاف شاه نيك اوصافه حواله ايتدى *ol chænğerī tīzī nāfī sāfī śāhī nik ewsāfe hæwāle itty.* Acutum illum pugionem vibravit in purum umbilicum, *scil.* cor regis optimarum qualitatum. *Con un' acuto stilletto colpi nel casto ventre di quel pio rè.* ناف شهرده *nāfi śeherde.* In medio urbis. *Nel centro, nel mezo della città. Sæ.* * *Express. fig.* ناف او بر غم زدند *nāfī o ber ghæm zedend*; *h. e.* نحس وقتنده وجوده كلدى *næhs wæktinde wüğiüde geldi.* Tempore infausto prodiit *aut* sub sinistro siderum aspectu natus est. ناف بمن زد *nāfī men zed*; *h. e.* بنمله كوچكدن بيله در *benümile güğükden bile dür.* Ab incunabulis *seu* ab infantia mea mecum est. *Ferh.*

ناف *neef.* a. *V. act.* [F. 4.] 1) Sedulum eſſe. 2) Faſtidire, abhorrere *ab aliqua re. Gol.* 3) Comedere *de cibo.* 4) Sitim explere *potu. Wan.*

ناثج *nāfiğ.* a. *part.* Craſſa & incondita *vox. Gol.*

ناثجة *nāfiğet.* a. *n. ſ. pl.* نوافج *newāfiğ.* 1) Principium & exortus cujusque rei. 2) *pec.* Impetum conjunctum habens, violenter exoriens ventus. 3) Nubes multæ pluviæ. *Wan.* 4) Poſterior ac ſpuria coſta. 5) Filia. 6) *a* نافه *nāfe.* p. Veſicula moſchi. *Gol.*

نافخ *nāfych.* a. *part.* Inflans, inflator. ¶ نافخ ضرمة *nāfychu zæremetin.* Flatu excitans flammam, *i. e.* aliquis *non eſt ibi. Gol.*

نافذ *nāfiz.* a. *part.* 1) Penetrans, tranſiens, perſequens, exequensque *negotium.* 2) Effectum habens, ad omnes pertingens, & obſequio exceptum *imperium aut mandatum.* 3) Trita & calcata *via. Penetrante, che paſſa, fà effetto, & è riceuuto ed eſſequito per tutto. Gol.* ¶ امر نافذ ازلي برله *emrĭ nāfizĭ ezelī birle.* Juſſu mandatove omnia pervadente æterno ejus, *nempe* Dei juſſu. *Per ordine diuino, che paſſa da tutta l'eternità per tutto.* امير نافذ آلامر *emīrĭ nāfizül-emr.* Princeps, cujus mandatum *aut* imperium pervadit, cujus imperata omnes exequuntur. *Prencipe, di chi paſſano, e vengono eſſeguiti gl'ordini, e commandamenti. Ik.*

نافر *nāfir.* a. *part. com. gen.* 1) Fugax, pavidus. *Gol.* 2) Vincens, victor. *Wan.*

نافرة *nāfiret.* a. *part. fæm. præc. Gol.*

نافرجام *nāfergiām.* p. *adj. compos.* 1) Prava, mali finis *aut* exitus, *ſeu* nihili, inutilis *res.* 2) Minimus, exiguus. *Cattiuo, di cattiuo fine, inutile. Ferh.* ¶ كلام سخن نافرجام *kelāmĭ, vel ſæchunĭ nāfergiām.* Verba, ſcopo carentia, inutilia. *Parole inutili, diſcorſo, che non hà eſito.*

نافرمان *nāfermān.* p. *adj. compos.* Inobſequens, immorigerus. *Caſt.*

نافرهخته *nāferhæchte.* p. *adj. compos.* Deformis, indecens, inconveniens. *Ferh.*

نافس *nāfis.* a. 1) *part.* Petens aliquem oculo *pec.* maligno. 2) *n. ſ.* Sagitta quinta *juxta alios* quarta in ludo aleatorio. *Wan.*

نافض *nāfyz*, *pec. cum articulo* آلنّافض *en-nāfyz.* a. *part.* Horrida, horrorem conjunctum habens *febris. Wan.*

نافطة *nāfytæt.* a. *part.* 1) Puſtulis laborans *capra vel manus.* 2) Sternutans, *ſeu* e naſo rejiciens quid *pecus.* 3) *n. ſ. abſolute* Capra. ¶ ماله عابطة و لا نافطة *mālehu ābytætün we lā nāfytætun.* Non eſt illi quidquam. *Gol.*

نافع *nāfæ*. a. *n. ſ.* Feniculum. *Domb. Addit.*

نافع *nāfi*. a. *part.* 1) Proficuus, utilis. 2) Juvans, ſalubris. *Profitteuole, utile, ſalutare, ſalutifero. Wan.* ¶ نافع او *nāfi* ol. Prodeſſe, uſui eſſe, juvare, conducere. *Giouare, ſeruir à qualche coſa, far bene.* نافع اولسون *nāfi olsün.* Proſit, conducat. *Buon pro gli faccia. Bern.*

نافق *nāfyk.* a. *n. ſ. pl.* نوافق *newāfyk.* Foramen muris campeſtris, *qualia dena vel duodena facit, e quorum uno cum oſtentarit ſe, eo oppleto ex alio prodit. Gol.*

نافقة *nāfykæt.* a. *n. ſ. i. q.* ناثجة *nāfiğet. ſeu pro eo.* Veſicula moſchi. *Wan.*

نافلة *nāfilet. vulg. nāfile.* a. *n. ſ.* 1) Religionis actio, *vel* ſacrum opus ſpontaneum, quod non eſt præſcriptæ obſervantiæ, *vel* quod neque فريضة *feryzæt* eſt, neque سنة *sünnet.* 2) Meritum, opuſve exuperans, & extraordinarium. 3) Donum *aut* acquiſita præda. 4) Nati natus. 5) Progenies. *Opera di diuozione, non di precetto, opera ſoprameritoria, ſtraordinaria. Gol.*

نافه *nāfe.* p. *n. ſ.* 1) *in genere* Umbilicus. 2) Veſica moſchi, *ſeu* moſchum. 3) Venter, *ſeu* pellis ex ventribus, umbilicis, collo, & vicinis partibus conſuta, *ſeu* facta. ¶ نافهٔ مشك *nāfeĭ müšk.* 1) Veſica moſchi. 2) Moſchus ex umbilico cervi *ſeu* dorcadis chinenſis. *Veſica di muſchio.* * *Expreſſ. fig.* نافه مشك يافت *nāfeĭ müšk jāft*; *h. e.* مشهور عالم اولدي *meshūrĭ ālem oldi.* Vulgo *aut* orbi notus, celebris factus eſt. نافه بوي *nāfe būj.* Moſchum redolens; *h. e.* 1) خوشبو اولان نسنه *chosbū olan nesne.* Suave olens res. 2) *contr.* اغزدن چيقان بد رايحه *aghyzden čikan bed rājhæ.* Fœtor, *aut* malus odor, ex ore proveniens. *Ferh.*

نافه *nāfih.* a. *part. pl.* نفه *nüffeh.* Laſſus, ſegnis *camelus. Wan.*

نافهم *nāfehm.* p. *adj. compos.* Non intelligens, *ſeu* non intellectio, non percipere. ¶ قباحت نافهم *kæbāhæt nāfehm.* Delictum, crimen non percipiens, non diſcernens, *aut* ipſum crimen non diſcernere. *Il non diſcernere, ò capire coſa ſia fallo, ò peccato. Ik.*

نافي *nāfī.* a. *part.* 1) Repellens, rejiciens.

2) Rejectus. *Gol.* 3) Negativus. *Negativo. Wan.*

ناق *nāk.* a. *n. ſ.* 1) Lacuna, *ſeu* aliquid, fiſſuræ ſimile inter pollicis & minimi digiti radices, reſpiciens lacertum, eique cohærens. 2) Locus omnis ei ſimilis, *pec.* in interiore cubiti flexura, *aut* ad coccygis radicem. 3) *ceu coll.* Puſtulæ, quæ manui accidunt. *Gol.*

ناقابل *nākābil.* a. p. *adj.* Incapax, inhabilis, inſufficiens, ineptus. *Incapace, inhabile, rozzo.*

ناقبة *nākybet.* a. *n. ſ.* Ulcus lateris penetrans ac perforans; *morbus qui homini accidit ex multo decubitu. Wan.*

ناقبول *nākæbūl.* a. 1) *n. ſ.* Ingratiæ, faſtidium. *Ik.* 2) *part.* Ingratum, inacceptabile *quid. Ll.*

ناقة *nākæt.* a. *n. ſ. vulg. nākæ. pl. ſan.* & نياق *nijāk.* 1) Camelitis. *Camela.* 2) *n. unit. a* ناق *nāk.* Puſtula una. ¶ آلنّاقة *en-nākæt.* Stellæ quædam, in cameli formam diſpoſitæ. *Gol.*

ناقر *nākyr.* a. *part.* 1) Percutiens, excavans. 2) *pec.* Scopum penetrans, contingenſve *ſagitta. Gol.*

ناقر *nākyr.* p. *n. ſ.* Pſalterium. *Ferh.*

ناقرة *nākyret.* a. *n. ſ.* 1) Adverſitas, infortunium, malum. 2) Probatio peremptoria. *Gol.*

ناقز *nākyz.* a. *part.* Vile & nullius pretii *donum. Gol.*

ناقس *nākys.* a. *part.* Acidus. *Gol.*

ناقص *nākys.* a. 1) *part.* Deficiens, diminutus, imperfectus. 2) Defectivum *verbum. Imperfetto, mancheuole, difettoſo, ſcarſo, manco, meno. Wan.* ¶ ناقص عقل *nākys ākl*, & *usit.* ناقص آلعقل *nākysul-ækl.* Intellectu *aut* judicio deficiens. *Di poco giudizio, che hà mancamento di giudizio.* زمرهٔ ناقصات آلعقلدن اولمغله *zümreĭ nākysātül-ækylden olmaghyle.* Eo quod eſſet ex cœtu, ſexuve judicio deficientium. *Per eſſer ella del ſeſſo delle mancheuoli di giudizio. Eb.* ايكيسنك عسكري بش بيكدن ناقص ايدي *ikiſinün-æskeri beš bin-den nākys idy.* Exercitus utriuſque numerum quinquies millium militum integre non explebat, minus, quam quinque millia erant. *L'eſercito di ambidue era meno di cinque mila. Sæ.*

ناقط *nākyt.* a. *n. ſ.* Princeps, dominus, herus, præſes. *Gol.*

ناقع *nāky*. a. *part.* 1) Penetrans & ſe infigens corpori *venenum.* 2) Recens *ſanguis. Wan.* 3) Sitim reſtinguens, & bona ac ſalubris *aqua. Gol.*

ناقف *nākyf.* a. *part.* Perfringens caput. *Gol.*

ناقل *nākyl.* a. 1) *n. ſ.* Sciæna *gibba*; *piſcis. Forsk. deſcr. An.* 2) *part.* De loco tranſportans in locum, tranſlator, lator. 3) Narrator. *Traſportatore, latore, raccontatore. Wan.* ¶ ناقل ورقه *nākylĭ wærækæ*, & ناقل آلورقه *nākylül-werækæ.* Lator præſentium, lator literarum. *Il latore della preſente. Ll.* ناقل مكتوب مودت *nākylĭ mektūbĭ meweddet*, ناقل صحيفه *nākylĭ ſæhyfe.* &c. *Idem.* Lator.

ناقل *nākyl.* p. *n. propr.* Nom. oppidi in Mazenderan; *regione Perſiæ. Gih.*

ناقلة *nākylet.* a. *n. ſ. pl.* نواقل *newākyl.* 1) Mutabilis res, ſtatuſve inconſtans *fortunæ. Wan.* 2) Mobiles ac vagi incolæ. *Gol.*

ناقم *nākym.* a. 1) *n. ſ.* Sciæna *argentea, nigro-guttata*; *piſcis. Forsk. deſcr. An.* 2) *part.* Agnomen certi cujusdam Emiri. *Wan.*

ناقور *nākūr.* a. *n. ſ.* Cornu, tuba, *pec.* qualem die judicii inflabunt angeli. *Tromba dell' eſtremo giudizio. Wan.*

ناقوره *nākūre.* p. *n. ſ.* Vas potorium. *Caſt.*

ناقوس *nākūs.* a. *n. ſ. pl.* نواقيس *newākys.* 1) Campana. *Campana. Ll.* 2) *proprie* Crepitaculum ligneum, quo percuſſo precationis tempora indicunt chriſtiani orientis, *eſtque lignum durum, oblongum, tenue, e duabus chordis ſuſpenſum, quod fuſte,* وبيل *webīl dicto, percuti ſolet. Wan.* ¶ مساعيء جميلهٔ سلطان محمدي ايله صداي بد اداي ناقوس كافران بي ناموس يرينه كلبانكيء محمدي و زمزمهٔ پنج نوبت دين شرف آيين احمدي بدل قلندي *mesāyĭ ğemīleĭ ſultān muhāmmedī ile ſædāĭ bed edāĭ nākūsĭ kāfirānĭ bī nāmūs jerine gülbāngiĭ muhæmmedī we zemzemeĭ penğ nöbeti dīnĭ šeref ājīn æhmedī bedel kylyndi.* Conatibus ſtudiiſve egregiis *ſeu* opera ſultani Mohammedis, in locum ingrati ſtrepitus ſonive campanarum infidelium, lege ac civilitate carentium, ſuffecta eſt profeſſio mohammedana, & præconizatio precum, quinquies in die faciendarum, ritu ſancto mohammedano. *In vece dello ſtrepito delle campane chriſtiane ſi riempi con la buona diligenza del rè Muhammed, con le voci dell' invocazione muhammedana. Sæ.*

ناقوسي *nākūsī.* p. *n. ſ.* Nom. toni muſici *aut* modulationis ex inventione celebris cytharedæ regis Choſrevi. *Ferh.*

ناقه nākæ. p. n. ſ. Camelitis, vel etiam cameli. Caſt. ¶ ناقهٔ قصوي & ناقهٔ قصوا nākæī kæſwā. Nom. camelitis Mohammedis. Tef.

ناك nāk. p. 1) n. ſ. Moſchum adulteratum, jecori admixtum. 2) Herbæ moſchatæ ſpecies. 3) Species piri valde ſapidi & aquoſi. 4) Uvula, columella guturis. 5) idiomate indico Viſus. 6) Species avis aquaticæ. 7) uſit. partic. poſtpoſitiva affectionem denotans, uti: دردناك derdnāk. Dolore affectus. خشمناك chyśimnāk. Ira affectus, percitus. Ferh.

ناكاسته nākāſte. p. adj. compos. Non diminutus, integer, inalterabilis amor. Non ſcemato, intiero, ed inalterabile. Ferh. ¶ ماه ناكاسته māhī nākāſte. Luna plena, non diminuta aut decreſcens. Luna piena, intiera. ماه جمال ناكاستهسني كوروب māhī gemālī nākāſteſini görüp. Lunam completæ pulcritudinis ejus intuitus. Vedendo la ſua belliſſima preſenza. Sæ.

ناكام nākām. p. adj. compos. 1) Voti impos. 2) Invitus. Mal contento. Ferh. ¶ ناكام دونديلر nākām döndiler. Voti impotes & male contenti, aut inviti reverſi ſunt. Se ne tornarono mal contenti. Eb. ناكام شدن nākām śüden, & بودن būden. Renuere, nolle. Recuſare. Caſt.

ناكاه nāgāh. p. adv. compos. 1) Ex improviſo, inopinato. 2) Ex tempore, ſubito. All' improviſo, ſubitamente. Ferh.

ناكاهكير nāgāhgīr. p. adj. compos. Ex improviſo invadens, occupansque. Che prende, ò aſſaliſce all' improviſo. Ferh.

ناكب nākib. a. part. Declinans, deflectens. Gol.

ناكت nākit. a. part. Qui diſtorto cubito latus ſuum atterit, camelus. Wan.

ناكح nākyh. a. part. Matrimonio junctus huic vel illi familiæ. Maritato. Wan.

ناكحة nākyhæt. a. part. fæm. præc. Nupta huic vel illi familiæ. Wan.

ناكرديده nāgerdīde. p. adj. compos. Infidelis, non credens, cui non fidendum. Ferh.

ناكز nākiz. a. part. Parum aquæ continens puteus. Wan.

ناكزران nāgizerān. p. adj. form. plur. Impotentes, ad incitas redacti. Ferh.

ناكزير nāgizīr. p. adj. compos. 1) Impotens, ope & auxilio deſtitutus. 2) Ad incitas redactus. Ferh.

ناكس nākes. p. adj. compos. 1) Vilis, ignobilis, illaudatus. 2) pec. Avarus, ſordidus, illiberalis. Ferh. 3) Homo nequam, in genere ſuo deterior. 4) Puſillanimus, pavidus, ignavus, inſtrenuus. 5) Mas non vir, eviratus. 6) Impotens natura ad venerem, pæderaſtes. Huomo vile, auaro, miſero, ſordido, da poce, codardo, poltrone. Caſt.

ناكس nākis. a. part. pl. irreg. pec. apud poetas نواكس newākis. Qui demittit caput. Ch' abbaſſa il capo, ò hà il capo abbaſſato. Wan. ¶ اول ناكس ناكس الرأس ol nākesī nākisür-rees. Vilis ille, caput depreſſum habens, abjectus. Sæ.

ناكسي nākesī. p. n. ſ. 1) Vilitas. 2) Avaritia. 3) Nequitia, abjectio animi. 4) Ignavia. Caſt.

ناكف nākif. a. part. 1) Recuſans præ pudore, vel dedignans. 2) Debilis, puſillanimus. Gol.

ناكل nākil. a. part. 1) Infirmus, pavidus, puſillanimus. 2) Qui ſubterfugit jusjurandum. Wan.

ناكوار nāgüwār. p. 1) adj. compos. Indigeſtus, quod non concoquitur in ſtomacho. 2) ipſa Indigeſtio ex repletione. Mal ſano, che non paſſa, ò ſi digeriſce difficilmente. Ferh.

ناكوارد nāgüwārd. p. adj. compos. i. q. præc. Ferh.

ناكواريدن nāgüwārīden. p. V. 1) Scindi pec. frigore vel calore partem corporis. 2) Rimas agere. Caſt.

ناكواليدن nāgüwālīden. p. V. 1) i. q. præc. Caſt. 2) Herbas ariditate ex aquæ inopia flaveſcere. Ferh.

ناكور nāgüwer. p. adj. compos. Inſalubre, quod non concoquitur in ſtomacho. Ferh.

ناكورد nāgüwerd. p. adj. compos. Indigeſtus, quod non concoquitur in ſtomacho. Ferh.

ناكه nāgeh. p. contract. a ناكاه nāgāh. 1) adv. Ex improviſo. Ferh. 2) q. adject. Improviſus, ſubitus. Sæ.

ناكهان nāgehān. p. adv. compos. Ex improviſo. Ferh.

ناكهانه nāgehāne & ناكهاني nāgehānī. p. adj. compos. Subitus, repentinus, improviſus. Subitaneo, repentino, improviſo. Ferh. ¶ بلاي ناكهانه belāī nāgehāne. Repentinum ac fatale infortunium. Coſa fatale ed improuiſa. Sæ.

نال nāl. a. 1) V. act. [F. 1.] Præbere, largiri, donare. 2) [F. 3.] Conſequi & aſſequi. 3) part. Largus in donando & liberalis vir. 4) Quod quis conſequitur vel reportat. Gol.

نال nāl. p. 1) n. ſ. Fila pec. flava, quæ intus in calamo ſeu arundine ſcriptoria reperiuntur. 2) in genere Arundo gracilis, tenuis. 3) Lamentatio, gemitus. 4) Ciſterna parva, parvum conſervatorium aquæ. 5) Species aviculæ, ſuaviter canentis. 6) Extremitas linguæ. 7) 2 pers. imperat. a ناليدن nālīden. Lamentare, ſuſpira. Ferh.

نأل neel. a. V. act. [F. 3.] 1) Incedere quaſi aſſiliendo & ſurſum movendo caput. 2) In inceſſu corpus ſuccutere vel jactare equum, hyænam. 3) Invidere. 4) Oportere, ut. Gol.

نالان nālān. p 1) n. propr. Nom. montis inter Schiras & Kaſrum. Ferh. 2) adj. Lamentator, ingemiſcens. ¶ نالان ا nālān ol. Ingemiſcere, querulari, gemebundum eſſe. Gemere lamentarſi, ſoſpirare. كريان و نالان girianü nālān. Lacrymabundus ac gemebundus Piangendo, e gemendo, ò ſoſpirando. اطرافنى تالان و مملكتي أهلني نالان اتدي ætrāfinī tālān we memleketi ehlini nālān itty. Ambitus ejus urbis depopulatus, incolas regni ejus ad gemitus ac ſuſpiria compulit, miſere afflixit. Saccheggiò quel territorio, opprimendo quei paeſani, e ſudditi. اطرافنده اولان مدن و قرايني تالان و خلقني نهب و غارتله نالان اتديلر ætrāfinde olan müdünü kyrāini tālān we chælkyni nehbü ghāret ile nālān ittiler. Circum circa obvias urbes & pagos depopulatus, populumque per deprædationes & ſpoliationes ad planctum adduxit. Saccheggiò le terre, e le ville di quel contorno, e rouinò il paeſe, e li paeſani. ساكنان زمين و آسمان نالان اولوب sākinānī zemīnü āsümān nālān olüp. Incolæ terræ ac cœli ingemiſcentes complanxerunt. Gl'habitatori del cielo, e della terra fecero grandiſſimi lamenti. Sæ.

نألان neelān. a. V. act. [F. 1.] 1) Incedere quaſi aſſiliendo & ſurſum movendo caput. Wan. 2) In inceſſu corpus ſuccutere vel jactare equum, hyænam. 3) Invidere. 4) Oportere, ut. Gol.

نالايق nālājyk. p. 1) adject. compos. Indignus, inconveniens. 2) adverb. Indigne, inconvenienter. Indegno, ſconciatamente. Bern.

نالة nālet. a. 1) V. act. Conſequi, aſſequi, obtinere, reportare boni quid. 2) n. ſ. Atrium, ſeu impluvium domus. Gol.

نالش nāliś. p. n. verb. Gemitus, lamentatio, querela, exclamatio. Gemi o lamentazione, querela, richiamo. ¶ نالش ا nāliś e. Ingemiſcere, gemere, querulari, exclamare. Gemere, ſoſpirare, lamentarſi.

ناله nāle. p. n. ſ i. q. præc. Ferh. ¶ ناله كردن nāle kerden, ناله زدن nāle zeden, & ناله ا nāle e. Gemere, lamentari, ſuſpirare. Gemere, ſoſpirare, lamentarſi. نالهٔ عندليب nāleï ændelīb. Gemitus, cantuſve philomelæ. Gemito, canto del roſſignuolo. نالهٔ ناي رويين nāleï nāī rūjīn. Gemitus ſeu ſonitus fiſtulæ æneæ. Il ſuono del piffero ò flauto. ناله و غريو اتديلر nāle wü ghyrīw ittiler. Exclamarunt queruli. Gridarono, e ſi lamentarono. Sæ. * Expreſſ fig. ناله درلب شكست nāle der leb ſikeſt; h. e. مرادم حاصل اولمدي müradüm hāsyl olmadi. Deſiderium meum juxta mentem meam non ſucceſſit, non conſecutus ſum meum intentum. Ferh.

ناليدن nālīden. p. V. Gemere, lamentari. Ferh.

ناليش nālīś. p. n. ſ. 1) i. q. نالش nāliś. Gemitus. 2) Humilitas, ſubmiſſio. Caſt.

نام nām. p. n. ſ. 1) i. q. اد ad. t. Nomen. 2) Fama. Nome, fama, riputazione. Ferh. ¶ نام قزنمق nām kazanmak. Nomen bonum, famam bonam acquirere, fama florere. Acquiſtarſi buon nome, buona riputazione. نامدادن nām dāden. Nomen imponere, nominare. Dar un nome, nominare. الياس نام كمسنه Ilias nām kimeſne. Quidam nomine Elias. Un tale, chiamato per nome Elia. ايلچي ناميله ilci nāmi ile. Cum titulo, ſeu titulum, nomen gerens legati. Con titolo d'ambaſciatore. آخرك ناميله ācherün-nāmi ile. Alterius nomine. In nome, al nome d'un' altro. حسين اغا نامنده بر ادمز huſejn agha nāminde bir ādemümüz. Aulicus noſter nomine Huſein aga. Un di noſtra corte, chiamato Huſein aga. جريمه نامي ايله بي حساب اقچه لرين الديلر gerīme nāmī ile bī hysāb akcielerin aldyler. Innumerabilem pecuniam ab iis prætexto mulctæ nomine exegerunt. Preſero da loro groſſe ſomme di denaro ſotto titolo di pena. عسكر نامي اولمامق اوزره æsker nāmi olmamak üzre. Abſque eo quod exercitus dici poſſit, certæ copiæ exercitum integrum non facientes. Alcune truppe, che chiamar non ſi poſſono formale eſſercito. اندن صكره تركمانيلرك نام و نشاني بلورميوب andan ſon-ra türkmānilerün-nāmü niśānī bilürmejüp. Abinde Turcomano-

norum nomen ac veſtigia evanuerunt. *Doppo queſto fatto non ſi ſentì mai più il nome, e la memoria de' turcomani.* قالو نام قلعه‌مز *kalo nām kæl-æmüz.* Arx noſtra, Calo dicta. نامنه فيثاغورث ديرلر *nāmine fiśāghūres dirler.* Nomen ipſius eſt Pythagoras. فرفره ناميله دللنمك *farfara nāmi ile dillenmek.* Rabulam audire. *Hauer nome di ciarlatano.* نام چكمك *nām ćekmek.* Audidire, haberi pro . . . *Eſſer ſtimato per... hauer nome di. . .* نام نيك *nāmī nīk.* Bonum nomen, fama præclara. *Buon nome, buona fama, e riputazione.* نام بد *nāmī bed.* Malum nomen. *Cattiuo nome.* نيك نام *nik nām.* Boni nominis, celebris, famoſus. *Di buona riputazione, famoſo.* بد نام *bednām.* Malæ famæ, infamis. *Di cattiuo nome, infame.* نام بنام *nām benām.* Nominatim. *Nominatamente, nome per nome.* نام نامي *nāmī nāmī.* Nomen ejus excelſum. *Il ſuo degniſſimo nome.* نام نيكو تحصيلنده پاي همتي لنك ايدي *nāmī nīkū tæhsȳlinde pāī himmetī lenk idy.* In acquirenda bona fama pes ejus ſtudii claudicabat, gloriæ acquirendæ negligens erat. *Non ſi curaua punto della riputazione, e buona fama.* ياراندن نام و نشان بولنمدي *jārāndan nāmū nīśān bulunmady.* Ne veſtigium quidem amici repertum eſt. *Non ſe ne trouò ne anco l'orma.* كافردن نام و نشان بلورميوب دشوار كذار يرلره واروب محكم قلعه‌لره كيرديلر *kāfirden nāmū nīśān bilūrmejūp dūśwārgūzār jerlere warūp mūhkem kæl-ælere girdiler.* Infidelium nomen *aut* veſtigium non amplius auditum *aut* viſum eſt, quia illi ad loca difficilis tranſitus pergentes ſe ſubinde in munitis arcibus incluſerunt. *Non ſi vidde mai alcun ſegno, e veſtigio de' chriſtiani, per eſſerſi ritirati alle fortezze.*

نام‌آور *nāmāwer.* p. *adject. comp.* Nomine *ſeu* fama bona gaudens, famoſus, illuſtris. ¶ نيچه نام‌آور بكلر ايله *niće nām āwer begler ile.* Cum compluribus famoſis ac celebribus ducibus. *Con molti altri famoſi beghi.* نيچه دلاور يكتلر شهيد و نيچه معتبر و نام آور بكلر عرصهء حياتدن نابديد اولديلر *niće dilāwer jigitler śehīd we niće mu'teberū nām āwer begler ærſæī hæjātten nābedīd oldyler.* Multi ſtrenui milites martyres facti ſunt, ac multi ſpectabiles ac illuſtres duces *aut* præfecti ex vitæ campo *ſeu* arena evanuerunt, occubuerunt. *Molti famoſi, e valoroſi Beghi furono priuati di*

vita, e molti bellicoſi guerrieri furono fatti martiri Sæ.

نام برده *nām bürde.* p. *adj. compos.* Boni nominis, celebris, famoſus. *Ferh.*

ناماْمول *nāmeemūl.* a. p. *adj. compos.* Inſperatus, *ſeu* quod non ſperabatur, *aut* ſperatur. *Coſa non ſperata, non aſpettata.* ¶ بو وضع نامأمول سزدن صادر و جمله‌كزدن صدوري امر ظاهر در *bu wæz-ȳ nāmeemūl ſizden sādyr we giümlen-üzden ſudūrī emrī zāhir dür.* Hæc actio, hoc facinus, quod a vobis non erat expectandum, admiſiſtis, & quod admiſeritis, patet, exploratum eſt. *Ik.*

نامبارك *nāmübārek.* a. p. *adj. compos.* Infauſtus, nefaſtus, non ſacer. *Profano, infauſto, eſſecrando, fatale. Ll.*

نامة *nāmet.* a. *n. ſ.* Interfemineum, ejuſve hiatus. *Gol.*

نامّة *nāmmet.* a. *n. ſ.* 1) Pulcritudo. 2) Motus. 3) Vita animæ. 4) Sonus. ¶ أسكت ٱللّه نامّته *esketāllāhu nāmmetehu.* Extinxit Deus vitam ejus, mori eum juſſit. *Gol.*

نأمة *neemet.* a. *n. ſ.* Phtongus, melos, ſonus. *Gol.*

نامتصوّر *nāmütesæwwir.* a. *part. compos.* Inimaginabilis, impoſſibilis. *Impoſſibile, inimaginabile.* ¶ بر تخت اوزره ايكي پادشاه نامتصوّردر *bir tæcht üzre iki pādiśāh nāmütesæwwirdür.* Uni throno inſidere, unum ſolium occupare duo reges non poſſunt, *aut* non poſſe ſupponuntur. *Non e coſa maginabile, ò poſſibile, che due rè poſſano ſedere ſopra un medeſimo trono.*

نامتناهي *nāmütenāhī.* a. *part. compos.* 1) Infinitus. 2) Divinus. *Infinito, diuino.* ¶ عنايت نامتناهي *ynājetī nāmütenāhī.* Gratia divina. *Grazia di Dio. Sæ.*

نامتوقّع *nāmütewækky'.* a. *part. compos.* Inexpectatus. ¶ بو حالت نامتوقّع *bu hāletī nāmütewækky'.* Hic ſtatus, motuſve, hæc actio inexpectata. *Queſto inaſpettato fatto. Ik.*

نامجوي *nāmgiūj.* p. 1) *adj. compos.* Famam quærens. 2) *n. ſ.* Nomen. decimæ diei in menſe anni jezdeğirdici. *Hyd. de rel. V. P.*

نامحدود *nāmæhdūd.* a. *part. compos.* Immenſus, illimitatus, innumerus. *Interminato, immenſo, infinito, innumerabile.*

نامحرم *nāmæhrem.* a. *part. compos.* Extraneus, cui non licet gynæceum ingredi. *Sæ.*

نامحرميّة *nāmæhremījet.* a. *n. ſ. compos.* 1)

1) Extraneitas, *ſeu* prohibitio ab ingreſſu in gynæceum. 2) Non eſſe arcani conſcium. *Il non eſſer partecipe de' ſecreti, ò confidente, e non aver dritto di conuerſar con le donne d'una caſa, l'eſſer foraſtiere. Ik.*

نامحصور *nāmæhsūr.* a. *part. compos.* Immenſus, infinitus. ¶ أموال نامحصور *emwālī nāmæhsūr.* Opes immenſæ. *Infinite ricchezze. Ik.* حصار مزبور سپاه نامحصور ايله محاصره اولنمشدي *hysārī mezbūr ſipāhī nāmæhsūr ile muhæsære olunmyś idy.* Dicta urbs ab ingente, innumerabili exercitu obſidione cincta fuerat. *Aſſediò quella città. Sæ.*

نامخصوص *nāmæchsūs.* a. *part. compos.* Improprius. *Improprio. Bern.*

نامدار *nāmdār.* p. *adject. compos. q. nomen habens.* Celebris, nominatus, famoſus, inclytus. *Nominato, rinomato, celebre, famoſo, illuſtre.* ¶ نامداران ممالكستان ميانندە *nāmdārānī memālikſitān mijāninde.* Inter provinciarum debellatores inclytos illuſtreſque heroes. *Trà li prencipi grandi, e celebri eroi conquiſtatori di paeſi.* نامدارترين *nāmdārterīn.* i. q. غايتده نامدار *ghājette nāmdār.* Celeberrimus, nominatiſſimus. *Famoſiſſimo, nominatiſſimo.*

نامراد *nāmūrād.* a. p. *adject. compos.* 1) Voti impos, arbitrii expers. 2) Afflictus, miſer. 3) Invitus. *Priuo del ſuo volere, fruſtrato de' ſuoi deſiderei, afflitto, diſguſtato, & contro voglia, coſtretto. Ik.*

نامربوط *nāmerbūt.* a. *part. compos.* Regulis non alligatus, impertinens *ſermo. Mal regolato, ſproporzionato. Sæ.*

نامرد *nāmerd.* p. *adj. compos.* 1) Mas non vir, virtute carens, eviratus. 2) Illaudatus. 3) Avarus. 4) Ignavus, timidus. *Huomo ſenza virtù, vile, indegno d'eſſer chiamato huomo. Ferh.*

نامردلك *nāmerdlik.* t. *n. ſ. compos.* Ignavia, virtute carere ac virilitate. *Viltà, codardia, mancamento di virtù, ſciagura. Del.*

نامردي *nāmerdī.* p. *n. ſ. compos. i. q. præc. Ferh.*

نامرضي *nāmerzȳ.* a. *part. compos.* 1) Inacceptabilis, deteſtabilis. 2) Illaudatus. 3) Ingratus. ¶ بر سيّئهء نامرضيه *bir ſejjieī nāmerzyje.* Malum *ſeu* mala actio, ingrata ac deteſtanda. *Azione deteſtabile. Ik.*

نامرغوب *nāmerghūb.* a. *part. compos.* In-

expetibilis inexpetitus, vilis. ¶ وضع نامرغوب *wæz-ȳ nāmerghūb.* Actio vilis. *Azione impertinente. Sæ.*

نامزاد *nāmzād*, & *uſit.* نامزد *nāmzed.* p. *compos.* 1) *n. ſ.* Deſponſata virgo, ſponſa. *Figliuola promeſſa in matrimonio. Ferh.* 2) *adj. in gen.* Deſponſatus, deſtinatus, candidatus, *aut* nominatus *ad aliquod officium. Deſtinato, dichiarato, nominato à qualche carica, ò ad altro. Ll.* ¶ اني رسالته نامزاد ايدوب *ani risālete nāmzād idūp.* Eum ad legationem nominans, *ſeu* eum declarans legatum. *Dichiarandolo ambaſciatore.* اول قزي حرمنه نامزد اتدي *ol kyzȳ hæremine nāmzed itty.* Illam virginem deſtinavit ſibi ſponſam. *L'hà deſtinata per conſorte. Sæ.*

نامزدلك *nāmzedlik.* t. *n. ſ. compos.* 1) Sponſalitium. *Sponſalizio.* 2) Deſtinatio, nominatio.

نامستحسن *nāmüſtæhſen.* a. *part. compos.* Illaudabilis, turpis. *Bruto, non lodeuole, non bello. Ik.*

نامستحق *nāmüſtæhæk.* a. *part. compos.* Indignus, immeritus. *Indegno, immeriteuole.*

نامسعود *nāmes-ūd.* a. *part. compos.* 1) Inauſpicatus, infauſtus. 2) Infelix, infortunatus. *Diſauuenturato, diſgraziato, infelice.*

نبيت *nebīt.* a. 1) *n. propr.* Nom. tribus arabicæ in Jemen. *Wan.* 2) *in compoſit. cum* خبيت *chæbīt*. خبيت نبيت *chæbīt nebīt*. *part.* Vilis, deſpectus. *Gol.*

نبيّة *nebījet.* a. 1) *n. ſ.* Menſa, diſcus, eive ſimile quid, e foliis palmæ contextum. 2) *part. fæm. a* نبيّ *nebīj*. Prophetiſſa. *Gol.*

نبيتة *nebītet.* a. *n. ſ. pl.* نبايت *nebājit*. Ramus tener, virgultum. *Gol.*

نبيث *nebīs.* *in compos. c.* خبيث *chæbīs*. خبيث نبيث *chæbīs nebīs.* a. *part. i. q.* شرير *śerīr*. Malus, malignus. *Gol.*

نبيثة *nebīset.* a. *n. ſ.* Terra putei *vel* fluvii. *Wan.*

نبيج *nebīğ.* a. *part.* Vociferans, latrans *canis*. *Gol.*

نبيح *nebȳh.* a. *V. act.* 1) Latrare *canem*. 2) Fremere *dorcadem*, *hircum*, ſibilare *ſerpentem*. *Gol.*

نبيخة *nebȳchæt.* a. *n. ſ.* 1) Pars ſulphuris, fomeſve ſulphureus, quo accenditur ignis. 2) Tomentum papyri, quo ſtipant tabularum navis commiſſuras. *Gol.*

نبيد *nübīd.* p. *n. ſ.* Nuntius lætus. *Ferh.*

نبيذ *nebīz.* a. 1) *part.* Projectus. *Gol.* 2) *n. ſ. pl.* أنبذة *embizet*. Vinum, ex dactylis confectum, *etiam* ex uvis paſſis. *Wan.*

نبيذة *nebīzet.* a. *n. ſ.* Quod ob maciem non comeditur, *ut quod tantum non abjicitur*. *Gol.*

نبير *nebīr.* a. *n. ſ.* Caſeus. *Gol.*

نبير *nübejr.* a. *part.* Solers & aſtutus *vir*. *Gol.*

نبيره *nebīre.* p. *n. ſ. i. q.* اوغل اوغلي *oghul oghly*. Filius filii, nepos. *Nipote.* *Ferh.* ¶ حضرت شيخك نبيرهسي اولان خواجه محمّد قاسم حضرتلريكه خواجه عبد الهادينك ولد صلبيلريدر *hæzretī śejchun- nebīreſi olan chogiæ muhæmmed kāſim hæzretleri ki chogiæ æbdül - hādīnün - weledī ſulbīleri dür*. Prælati nepos, magiſter Mohammed Caſim, qui magiſtri Abdulhadi proprius *ſeu* propriis lumbis genitus filius erat. *Il nepote di quel ſanto padre*, *chiamato hoggia Muhammed Caſſum*, *figliuolo di hoggia Abdilhadino*. *Sæ.* * *Expreſſ. fig.* نبيرهء رز *nebīreï rez*. Filius vineæ; *h. e.* شراب *śerāb*. Vinum. *Ferh.*

نبيسه *nebīse.* p. *n. ſ.* Proles ex filia, nepos *vel* neptis. *Ferh.*

نبيشة *nübejśet.* a. 1) *part.* Explorator *rei*, *nunciive*. 2) *n. propr.* Nom. viri. *Gol.*

نبيص *nebȳs.* a. 1) *V. act.* [F. 2.] Labiis excitato ſono vocare *avem marem*, ut cum fœmella conjungatur. 2) *n. ſ. ipſe ille* Sonus. *Gol.*

نبيط *nebȳt.* a. *n. propr. pl.* أنباط *embāt*. Nabathæus. *Wan.*

نبيع *nebȳʿ.* a. *n. propr.* Nom. urbis. *Wan.*

نبيغ *nebȳgh.* a. *n. ſ.* Cum, quaſſata palma mare, ab evolantibus ejus floribus afficiuntur & fœcundantur flores fœmellæ, *quæ ſpecies eſt a* تلقيح *telkȳh*. *Gol.*

نبيقة *nebȳkæt.* a. *n. ſ. pl. ſan.* Lacryma vitis magna. *Gol.*

نبيل *nebīl.* a. *part. pl.* نبل *nebel*. 1) Præſtans, excellens, ſolers, ingenioſus. 2) Generoſus. *Gol.*

نبيلة *nebīlet.* a. 1) *part. fæm. præc.* Præſtans *forma & pulchritudine fœmina*, *camelitis & vir*. *Gol.* 2) *n. ſ.* Cadaver. *Wan.*

نبيّون *nebījūne.* a. *part. pl. a* نبيّ *nebīj*. Prophetæ. *Gol.*

نبيه *nebīh.* a. *part.* Celebris, clarus, excellens *vir*. *Wan.*

نبيء *nebīi.* a. *part.* Propheta. *Gol.*

نبيّيء *nübejjīj.* a. *diminut. a* نبيّ *nebīj* & نبيء *nebīj*. Prophetiolus, propheta parvus. *Gol.*

نبيّئة *nübejjijet.* a. *n. diminut. a* نبوّة *nübüwwet*. Prophetiolas. *Gol.*

نتأ *net'*. a. *V. act.* [F. 3.] 1) Efferri *rem.* 2) Eminere, prominere. 3) Exire *rem* loco ſuo, ac prodire. 4) Adoleſcere, nubilemque evadere *puellam.* 5) Intumeſcere *ulcus*, *vulnus.* 6) Imminere *aliis*, ac ſuperiorem eſſe. *Wan.*

نتاج *netāğ*. a. *V. act.* 1) Parientem juvare *camelitem*, *vaccam*, *ovem*, *equam*, excipiendo ab iis fœtum. *Gol.*

نتاج *netāğ*. p. *n. ſ.* Admiſſarius, equus, qui pro generatione & ad initum fœmellæ adducitur. *Ferh.*

نتاج *nitāğ*. a. 1) *V. act.* Parientem juvare *camelitem*, *vaccam*, *ovem*, *equam*, excipiendo ab iis fœtum. 2) *n. ſ. ipſa* Fœtura ac partus. *Gol.*

نتاس *nitās*. p. *adj.* Lætus, hilaris, amœnus. *Ferh.*

نتاش *nüttāś*. a. *part.* 1) Infimæ ſortis homines. 2) Exprobratores. *Gol.*

نتاف *nütāf*, & نتافة *nütāfet*. a. *n. ſ.* Quod evellendo decidit. *Gol.*

نتاق *nitāk*. a. *part.* Ex adverſo alteri oppoſita *domus*. *Gol.*

نتانة *netānet*. a. *V. act.* [F. 2.] Fœtere, male olere. *Gol.*

نتائج *netājiğ*. a. *n. ſ. pl. a* نتيجة *netīget.* Soboles. Concluſiones, ſyllogiſmi. Conſequentiæ, ſummæ. *Parti, concluſioni, conſeguenze, ſomme, ſoſtanze. Gol.* ¶ جملەدن قسطمونی و باقر كوروسی كه نتائج محصولاتی مملكتی ریاضنك باكوروسی ایدی *giümleden kæſtæmūni we bākyr kūreſi ki netājiğī mæhsūlātī memleketi rijāzynün - bākūreſi idy.* Inter cæteras *urbes* Caſtimonia & Bakyrcura, quarum collectiones primitiæ erant fructuum hortorum, *ſeu* præcipui proventuum regni. *Frà l'altro Caſtimona, e Bachir chireſia, città principali del ſuo ſtato.*

نتة *nüttet*. a. *n. ſ.* Scrobunculus in lævi ſaxo. *Gol.*

نتج *netğ*. a. *V. act.* 1) Accipere viduam *in uxorem*. *Wan.* 2) Parientem juvare *camelitem, vaccam, ovem, equam*, fœtum ab iis excipiendo. *Gol.*

نتح *næth*. a. 1) *V. act.* [F. 1. & 2.] Evaporare per poros humoris quid, & madorem transmittere *utrem*. *Wan.* 2) Uvidum quid, & roſcidum emittere *terram*, ſudorem *cutem*. 3) *n. ſ. ipſe* Sudor. *Gol.*

نتخ *nætch*. a. *V. act.* [F. 2.] 1) Trahere, extrahere, evellere. *Wan.* 2) Vellere & carpere *accipitrem carnem roſtro ſuo.* 3) Texere *veſtem.* 4) Protendere ac defigere *in aliquos viſum. Gol.*

نتر *netr*. a. 1) *V. act.* [F. 1.] 1) Vi trahere, *ita* & *arcum.* 2) Rapere. 3) Findere *pannum digitis aut dentibus.* 4) *n. ſ.* Confoſſio violenta. 5) Raptus. 6) Loquela dura ac vehemens. 7) Moleſtia, importunitas. 8) *contr.* Debilitas. 9) Torpor, languor in opere. *Gol.*

نتر *neter*. a. *n. ſ.* Corruptio rei, & ex ea corruptione proveniens perditio, & amiſſio. *Wan.*

نترة *netret*. a. *n. ſ. pl.* نترات *neterāt*. 1) Confoſſio penetrans. 2) Oratio vehemens, qua quis perſtringitur. *Gol.*

نتش *nets*. a. *V. act.* [F. 2.] 1) Evellere *ſpinam pec.* volſella, ſimilive inſtrumento. 2) Trahere mordendo, ac vellere *carnem.* 3) Acquirere. *Wan.* 4) Accipere, extorquere *quid.* 5) Percutere. 6) Impellere, & diſpellere pede. 7) Clanculum culpare, dehoneſtare. 8) Primum e terra pullulare *plantam. Gol.*

نتش *neteś*. a. *n. ſ.* 1) Primum *plantæ* germen, *ſive* inferne ſpectetur, *ſive* ſuperne. *Gol.* 2) Lithoſpermum; *planta Ægypti. Forsk. deſcr. pl.*

نتغ *netgh*. a. *V. act.* [F. 2.] 1) Culpare, dedecorare. *Wan.* 2) Affingere *alteri*, quod non eſt. *Gol.*

نتف *netf*. a. *V. act.* [F. 2.] 1) Evellere *pilos*, *villos*, *plumas*. *Wan.* 2) Leviter trahere *arcum*. *Gol.*

نتف *netif*. a. *part.* Alam parte quadam evulſam habens *corvus*. *Gol.*

نتف *nütef*. a. *n. ſ. pl. a* نتفة *nütfet.* Quæ digitis evelluntur, *uti herbæ*. *Wan.*

نتفة *nütfet*. a. *n. ſ. pl.* نتف *nütef.* Quod digitis evellitur, *uti herba*. *Wan.*

نتفة *nütefet*. a. *part.* Qui carptim & ſuperficialiter, non profunde & ſolide, ſcientiam tractat. *Gol.*

نتفتر *nütefter*. p. *n. ſ.* Nomen herbæ, alias etiam یاز *jāz* dictæ. *Ferh.*

نتق *nætk*. a. *V. act.* [F. 1.] 1) Commovere, quatere, ſuccutere. 2) Detrahere de corpore *pellem.* 3) Extrahere e puteo *urnam*. *Wan.* 4) Multa ſobole eſſe, multos liberos habere *mulierem.* 5) Cito concipere *camelitem.* 6) Igniario extundere *ignem*. *Gol.*

نتك *netk*. a. *V. act.* [F. 2.] 1) Comprimere *penem ſuum* ad exprimendas urinæ reliquias. 2) Trahere vi, prehenſamque frangere *rem.* 3) Evellere *crines*. *Gol.*

نتك *netk*. p. *n. ſ.* 1) Res arcta, difficilis. 2) Cingulum ephippii. *Caſt.*

نتل *netl*. a. 1) *V. act.* [F. 2.] Trahere antrorſum, ad ſe attrahere. 2) Voce abigere. 3) Antecedere ſocios ſuos *ex acie*, *ſerieque* procedendo. 4) *n. ſ.* Ovum ſtruthiocameli, aqua plenum, quod in deſerto ſepultum reperitur. *Wan.*

نتل *netel*. a. *n. ſ.* 1) *i. q. præc.* *Wan.* 2) Mancipium corpulentum. *Gol.*

نتلان *netlān*. a. *V. act.* Antecedere ſocios ſuos, *ex acie*, *ſerieque* procedendo. *Gol.*

نتن *netn*. a. 1) *V. act.* [F. 2. & 5.] Fœtere, male olere. 2) *n. ſ. ipſe* Fœtor. *Wan.*

نتوء *nütüü*. a. *V. act.* [F. 3.] 1) Efferi *rem.* 2) Eminere, prominere. *Wan.* 3) Exire *rem* loco ſuo, ac prodire. 4) Adoleſcere, nubilemque evadere *puellam.* 5) Intumeſcere *ulcus*, *vulnus.* 6) Imminere *aliis*, ac ſuperiorem eſſe. *Gol.*

نتوّ *nütüww*. a. *V. act.* [F. 1.] Intumeſcere *membrum*. *Gol.*

نتواة *netwāt*. a. *part. pl.* نواتيّ *newātīj.* Brevis. *Gol.*

نتوب *nütūb*. a. *V. act.* 1) Intumeſcere, ſororiare *mammas*. *Wan.* 2) Eminere. *Gol.*

نتوج *netūğ*. a. *part.* 1) Fœta *equa*, *camelitis*. 2) Pariens *vacca*. *Gol.* 3) Parturitioni proximum *pecus*. *Wan.*

نتوح *nütūh*. a. 1) *V. act.* [F. 1. & 2.] Aquam, *vel* madorem transmittere *utrem*. *Wan.* 2) Uvidum quid & roſcidum emittere *terram*, ſudorem *cutem.* 3) *n. ſ.* Lacrymæ arborum. *Gol.*

نتوض *nütūz*. a. *V. act.* Corripi *cutem* morbo, qui impetiginem junctam habet, & in longum excoriat. *Gol.*

نتوع *nütü'*. a. *V. act.* [F. 3.] 1) Paulatim fluere *ſanginem* e vulnere, e fonte *aquam*. 2) Senſim manare, & continuari *vomitum*. *Gol.*

نتوق *nütūk*. a. *V. act.* Multa ſobole eſſe, *aut* multos liberos parere *mulierem*. *Wan.*

نتول *nütūl*. a. *V. act.* Antecedere ſocios ſuos, *ex acie*, *ſerieque* procedendo. *Gol.*

نته *nite*. t. *adv. i. q.* كیف *keife*. a. چون *ćiün*. p. 1) Quomodo. 2) Sicut. *Come*, *qualmente.* ¶ نته كه *niteki*, & نتەكیم *nitekīm*. Quemadmodum, ſicuti. *Sicome*, *come*.

نتەلك *nitelik*. t. *n. ſ.* Qualitas, quidditas. *Qualità*, *eſſenza*, *ſoſtanza*.

نتیجه *netīget*, *vulg. netīge*. a. *n. ſ. pl.* نتائج *netājiğ*. 1) Fœtura, ſoboles, fœtus, *pec.* qui ejusdem anni cum alio. *Wan.* 2) Concluſio *ſyllogiſmi.* 3) Subſtantia rei, collectio, ſumma. *Parto, ramo, concluſione, ſomma, ſoſtanza. Wan.* ¶ نتیجۀ فؤاد *netīgeï füād*. Subſtantia, intentio cordis, *aut* animi. *L'intento del cuore. Ik.* نتیجەسی *netīgeſi*. Quod inde colligitur, ſumma, *aut* ſubſtantia *dictorum aut factorum. Il riſultato, la ſoſtanza.* نتیجۀ كلام *netīgeï kelām*. 1) Subſtantia ſermonis. 2) *q. adverbialiter* In ſumma, verbo dicam. *In concluſione, in ſoſtanza, in ſomma.* صلح و صلاحك بیوك نتیجەسی رعایا ایچوندر *ſulhu ſælāhun - büjük netīgeſi ry- ājā iciündür.* Præcipuus pacis ſcopus & fructus eſt propter ſubditos. *La principal mira della pace è in riguardo de' ſudditi. Ll.* نتیجۀ مقدّمۀ برادری *netīgeï mukæddemeï bürāderī*. Concluſio præmiſſarum, *ſeu* quod elicitur ex præmiſſis fraternitatis, *aut* amicitiæ. *La concluſione delle premeſſe dell' amicizia, ò fratellanza. Ik.* نتیجۀ لازم الاحتیاج *netīgeï lāzimül-yhtijāğ*. Concluſio ex præmiſſis evidentibus. *Concluſione in forma conuincente. Ab.* مطلوب صحیح و نتیجۀ صریح *mætlūbī ſæhȳh we netīgeï ſœrȳh.* Intentum verum & reale, ac conſequentia evidens. *Intento reale, e conſequenza euidente. Ah.* نتیجۀ اشجار آزار بار ادباردر نهایت امر ظلوم وخیم و شومدر *netīgeï eśćiārī āzār bārī idbārdür: nihājetī emrī zulūm wæchȳmü śūmdür. Diſtichon.* Soboles arborum injurioſæ vexationis nihil eſt aliud, quam fructus adverſæ fortunæ, finisque operum injurii tyranni, *aut* iniqui viri noxius eſt & infauſtus. *Sæ.*

نتیجەبخش *netīge bæchś*. p. *adj. compos.* Productor effectus, *aut* intenti completor. *Che fà riuſcire, dà l'intento, compiſce.* ¶ ترویج دین مسیحیه اشتغالك شول زماندە نتیجه بخش اولورکه منوی و مصمّمك اولان بناذك تأسیسنه شروع ایدە سن *terwīhȳ dīnī mesȳhȳjeje iśtyghālün-śol zemānde netīge bæchś olür ki menwī wü muſæmmemün- olan binānün- teesīſine śürū' ideſin.* Studium tuum in amplianda, promovenda ac propaganda fide chriſtiana ſuum ſortietur effectum, quando fundamenta ædificii, templi nempe, quod extruere firmiter propoſuiſti, jeceris. *Allora ti riuſcirà di aver propagato la fede chriſtiana, quando fabricherai quella chieſa, che già hai deſtinato di fare.* اول شاه جنكجویه عدو و مقام خلافده روبرو اولقـ نتیجه بخش اولمق *ol śāhī genkğiüje ædū we mekāmī chylāfte rūberū olmak*

mak netīge bæchś olmaz. Regi illi bellicoſo inimicum eſſe, *aut* ipſi opponere ſe, *aut* contra ſtare, vanum eſt, & exitum felicem ſortiri haud poteſt. *Neſſun nemico può ſtar à fronte di quel bellicoſiſſimo rè. Sæ.*

نتيف *netīf.* a. *part.* Evulſis delapſisve pilis *camelus, ita, ut opus habeat illini pice. Gol.*

نتيل *netīl.* p. *n. ſ.* Fraus, dolus, impoſtura. *Ferh.*

نث

نث *ness.* a. 1) *V. act.* [F. 1. & 2.] Eliminare, divulgare *dictum, factumve.* 2) Inungere, illinire unguento *vulnus.* 3) Humore ſudare, perfluere *utrem.* 4) *n. ſ.* Paries, madore ſudans, madenſve. ¶ عث نث *æssün nessün.* Pravus *ſermo. Gol.*

نثا *nesā, ſeu nesen.* a. *n. ſ.* Quod de alio refertur *ſive* in bonam partem, *ſive* in malam, *at* نثاء *nesāü, duntaxat ad laudem ſpectat. Gol.*

نثاث *nisās.* a. *n. ſ.* Quo quid illinitur. *Gol.*

نثاث *nüssās.* a. *part.* Abſentium obtrectatores & maledici. *Gol.*

نثار *nisār.* a. 1) *V. act.* [F. 1. & 2.] Spargere, diſpergere. 2) *hinc* Multam profundere *orationem.* 3) Multam ſuſcipere *prolem.* 4) Offerre, exhibere. 5) *n. ſ. ipſa* Sparſio, ſparſus. *Wan.* ¶ نثار ار *nisār ol.* 1) Spargere, diſpergere. 2) Multam profundere *orationem.* 3) Multam ſuſcipere *prolem. Spargimento, diffuſione, ſpargere, diffondere, ed offerire, preſentare.*

نثار *nisār.* p. 1) *part. præſ. a* نثاريدن *nisārīden.* Spargens, ſparſor, profuſor. 2) *n. ſ.* Pecunia, *aut* alia, quæ ſparguntur in nuptiis, *vel* etiam lætitiæ *aut* feſtivitatis ergo. *Moneta, che ſi ſparge, ò getta al popolo in ſegno d'allegrezza, o di trionfo. Ferh.* ¶ نثار چين *nīsār ćīn.* Qui ſparſa illa excipit, colligitque. *Chi raccoglie quella moneta, ò altro, che così ſi getta.* دامن حضار و نظار نثار درهم و دينار ايله طولدي *dāmenī huzzārü nüzzār nisārī dirhemü dīnār ile doldy.* Sinus veſtium adſtantium & ſpectatorum ſparſis ad populum monetis aureis argenteiſque impleti ſunt. *Le falde de' ſpettatori, ed aſſiſtenti furono riempite con le monete d'oro, e d'argento, che ſi gettauano al popolo.* در نثار *dür nisār.* 1) Margaritarum ſparſor. 2) Eloquens, facundus. *Spargitore di perlo, eloquente, facondo.* جواهر نثار تحقيق ار *gewāhir nisārī tæhkȳk ol.* Gemmas verificationis *aut* certitudinis ſpargere. *Sparger gioje di certezza, accertare. Ik.*

نثار *nüsār.* a. *part.* Sparſa *res*, ſparſimve aliunde defluens. *Gol.*

نثارة *nüsāret.* a. *n. ſ.* 1) Res ſparſa. 2) *pec.* Particulæ panis, cibive, de menſa deciduæ. *Gol.*

نثاريدن *nisārīden.* p. *V.* Spargere pecuniam, aliave, quæ ſparguntur. *Ferh.*

نثال *nisāl.* p. *n. ſ.* Pecunia, *aut* alia, quæ ſparguntur. *Ferh.*

نثالة *nüsālet.* a. *n. ſ.* Terra, e puteo educta. *Gol.*

نثج *niśğ.* a. *part.* Timidus, puſillanimus, in quo nihil boni. *Wan.*

نثج *nüsüğ.* a. *n. ſ.* Nates, podices. *Gol.*

نثر نثر *nesr.* a. 1) *V. act.* Spargere, diſpergere. 2) *hinc* Multam profundere *orationem.* 3) Multam ſuſcipere *prolem.* 4) *pro* نثل *nesl.* Rejicere *aut* detrahere *tunicam.* 5) Cum ſpiritu emittere quid, noxiumve repellere e naribus, *eſtque in jumentis pecudibusque idem, quod* عطس *æts ſternutare in homine.* 6) *n. ſ.* Oratio ſoluta, proſa. *Proſa. Wan.*

نثر *nesir.* a. *part.* Multiloquus, garrulus. *Gol.*

نثر *nüser.* a. *n. ſ.* Quod ſpargitur, & ſparſim decidit de aliqua re. *Gol.*

نثرة *nesret.* a. *n. ſ.* 1) Sternutatio. 2) Myſtacum duorum interſtitium, narium imbrici ſuppoſitum, *&* tale quid in leone. 3) Thorax, *ſeu* lorica ampla, facilisve indutu. 4) *pec. c. art.* النثرة *en-neſret.* Duæ exiguæ ſtellæ, *quæ &* انف الاسد *enfül-eſed, naſus leonis dicuntur.* 5) *ſignatum iis* Octavum domicilium lunæ. *Wan.*

نثل *nesl.* a. *V. act.* [F. 1.] 1) Terram egerere *e puteo*, eave educta mundare. 2) Sagitras eximere *e pharetra*, & commeatum *e pera*, iisve vacuare. 3) Rejicere *aut* exuere *thoracem vel loricam.* 4) *contr.* Injicere, induereve *thoracem vel loricam.* 5) Merdam excernere *animal, pec. ſolida ungula præditum.* 6) Carnem conciſam indere *ollæ. Gol.*

نثل *nesel.* a. *part.* Foſſa, & terra evacuata *fovea. Wan.*

نثلة *neslet.* a. *n. ſ.* 1) Thorax, lorica, *& quidem* amplior. *Wan.* 2) Scrobiculus labii ſub naſo, *ſeu* interſtitium myſtacum. 3) Reliquiæ. 4) Caro pinguis. *Gol.*

نثم

نثم *nesm.* a. *V. act.* Turpia & obſcœna loqui. *Gol.*

نثو *nesw.* a. *V. act.* [F. 1.] 1) Manifeſtare, vulgare *dictum, factumve.* 2) Diſpergere *rem.* 3) Perdere. *Gol.*

نثور *nesūr.* a. *part.* 1) Quæ multos parit *aut* habet liberos. *Wan.* 2) Quæ vermi ſimile quid naribus excernit, *ovis.* 3) Lata papillarum foramina habens *ovis. Gol.*

نثوط *nüsūt.* a. *n. ſ.* Quies. *Gol.*

نثول *nesūl.* a. *part.* Quæ conciſas carnes ollæ multum indit, *mulier. Gol.*

نثيث *nesīs.* a. *V. act.* [F. 2.] 1) Humore ſudare, perfluere *utrem. Gol.* 2) Divulgari *nuntium. Wan.*

نثير *nesīr.* a. *V. act.* Cum ſpiritu emittere, noxiumve repellere e naribus quid *jumentum. Gol.*

نثيل *nesīl.* a. *n. ſ.* 1) Merda, fimus. 2) Omne animal, ſolida ungula præditum. *Wan.*

نثيلة *nesīlet.* a. *n. ſ.* 1) Terra, e puteo effoſſa. *Wan.* 2) Reliquiæ. 3) Caro pinguis. *Gol.*

نج

نج *neğ.* p. *n. ſ.* Internum oris. *Ferh.*

نجا *neğiā, ſeu neğen.* a. 1) *V. act.* Defixis oculis reſpicere *rem. Wan.* 2) Evadere. 3) Excoriare. 4) Amputare *arborem, ejuſve ramos.* 5) *n. ſ. ipſa* Pellis, quæ excoriando demitur. 6) Ligna pilenti camelini. 7) *in gen.* Lignum. 8) Ramus arboris. 9) Virga, baculus. 10) Locus elatior, ad quem non pertingit aquæ fluxus. *Gol.*

نجاء *neğiāe.* a. 1) *V. act.* [F. 1.] Effugere, evadere, liberari. 2) Properare, celerem eſſe, ac prævertere *virum, camelitem.* 3) *n. ſ.* Effugium, refugium, azylum. *Gol.*

نجا *niğiā.* a. 1) *V.* [3 *a* نجو] Clanculum *cum aliquo* agere, *aut* loqui, *vel* communicare arcanum quid. 2) *n. ſ. pl. a* نجو *neğw.* Nubes. 3) *pl. a* نجي *neğīj.* Conſortes arcani. *Wan.*

نجا *nüğiā.* a. *n. propr.* Nom. civitatis in Barbaria æthiopica, ad ſinum barbaricum ſitæ. *Geogr. Nub.*

نجابة *neğiābet.* a. 1) *V. act.* Egregium, nobilem, & generoſum eſſe. 2) *n. ſ.* Generoſitas, nobilitas. *Generoſità, nobilità. Sæ.*

نجاة *neğ-et.* a. *n. ſ.* Vehemens aſpectus, *aut* importuna cupiditas petentis. *Gol.*

نجاة *neğiāt.* a. 1) *V. act.* Defixis oculis aſpicere *rem. Wan.* 2) Evadere. 3) *n. ſ. uſit.* Evaſio, liberatio, ſalvatio. *Scampo, liberazione.* 4) Camelitis agilis & velox, properanſve. 5) Terra, de cujus arboribus arcus & virgæ reſecantur. 6) Ramus arboris. 7) Locus elatior, ad quem non pertingit aquæ fluxus. 8) Terræ tuber. 9) Aviditas, ac invidia. *Wan.* ¶ نجات ار *neğiāt ol.* *& uſit.* نجات بولق *neğiāt bulmak.* Evadere, ſalvari, libertatem conſequi. *Scampare, eſſer liberato.* نجات ويرمك *neğiāt wirmek.* Liberare, eripere, ſalvare. *Liberare, far ſcampare, dare ſcampo.* كشتيبانلرندن غيري احد سرحد نجاته ايرمدي *Keśtībānlerinden ghæjri æhæd ſerhædī neğiāte irmedy.* Præter navarchos eorum ne unus quidem ad fines *ſeu* portum ſalutis pervenit. *Fuori de' loro nochieri neſſuno ſcampò, ò ſi ſalvò. Sæ.*

نجاس *neğğiās.* a. *part.* Scrutator, inquiſitor. *Gol.*

نجاح *neğiāh.* a. 1) *V. act.* Agitare ſitulam in puteo ut aqua impleatur. *Wan.* 2) Proſpere evenire. 3) *n. propr.* Nom. viri. 4) *n. ſ.* Felix ſucceſſus. *Gol.* ¶ آل نجاح *alī neğiāh.* Neğiahidæ; *dynaſtia arabica in Jemen ſeu Arabia felice, cujus principes ab anno hegiræ quadringenteſimo duodecimo uſque ad annum hegiræ quingenteſimum quinquageſimum tertium in urbe Zebid regnarunt. Tak. Tew.* نجاح بولق *neğiāh bulmak.* Felicem obtinere rei exitum, *aut* ſucceſſum, voti compotem fieri, victoriam obtinere. *Felice ſucceſſo, vittoria, riportar vittoria, riuſcire.* تسليم مفتاحي وسيلهٔ نجاحي ايلدي *teslīmī mīftāhȳ wesīleï neğiāhȳ ejledy.* Traditionem clavium urbis medium ſibi effecit felicem rerum exitum obtinendi. *Col rendere ò conſegnare le chiaui della città, trouò mezo di proſperare le ſue coſe. Sæ.*

نجاح *neğiāh.* t. *n. propr.* Nom. arcis in Georgia; *regione Aſiæ. Gih.*

نجاحة *neğiāhæt.* a. *n. ſ.* Patientia. *Gol.*

نجاخ *nüğiāch.* a. *n. ſ.* Sonus tuſſientis. *Gol.*

نجاخة *neğğiāchæt.* a. *part.* 1) Sonum genitalibus edens in congreſſu *mulier.* 2) Quæ velut ſudore madet, madoremve abſtergit. *Gol.*

نجاد *neğğiād.* a. *part.* 1) Lectorum & cervicalium concinnator, ſartorve, *pec.* qui ea punctorio opere conficit. *Wan.* 2) Qui par eſt & ſuperior rebus, quas tractat,

aut qui expedite eas & celeriter peragit. *Gol.*

نجاد *niğiād.* a. *n. f.* 1) Balteus, de quo gladius ſuſpenditur. 2) *pl. a* نجد *neğd.* Terræ elatiores, ſtrata domus. *Wan.* ¶ طلاع نجاد *tællā-û niğiād. i. q.* طلاع أنجد *tællā-û enğiūd.* Res magnas cogitans, molliensque. *Gol.*

نجار *neğiār.* a. *n. f.* Sparus ſpinifer; *piſcis. Forsk. deſcr. An.*

نجار *neğiār.* p. *n. f.* Rubrica *ſeu* tinctura rubra, qua mulieres faciem ſuam tingere ſolent. *Ferh.*

نجّار *neğğiār.* a. *part.* Faber lignarius. *Fabro, falegname.* ¶ النجّار *en-neğğiārū.* Tribus quædam Arabum Anſaræorum. *Gol.*

نجار *niğiār*, & *nūğiār.* a. *n. f.* 1) Color. *Wan.* 2) Radix, natura. 3) Diverſitas. *Gol.*

نجارة *niğiāret.* a. *n. f.* Ars *ſeu* opificium fabri lignarii. *Arte di falegname. Gol.*

نجارة *nūğiāret.* a. *n. f.* Quod de aſciando ligno decidit, aſſula. *Gol.*

نجاري *neğiārā.* a. *part.* Sitientes *cameli. Wan.*

نجاريّة *neğiārījet.* a. *n. propr.* Neğaritæ; *ſectarii apud Mohammedanos. Marrac.*

نجاس *neciās.* p. *n. f.* Suber. *Ferh.*

نجاسة *neğiāset.* a. 1) *V. act.* [F. 3.] Impurum, ſpurcum eſſe. 2) *n. f. pl. ſan.* Impuritas, ſpurcities, ſordes, excrementa. *Immondizia, lordura, ſporchezza, ſozzura. Gol.*

نجاسنلو *neğiāsetlü.* t. *adj.* Sordibus inquinatus, conſpurcatus, ſordidus. *Sozzo, lordo, ſporco, immondo, ſporcato, imbrattato.*

نجّاش *neğğiāś.* a. 1) *n. f.* Venator. 2) *n. propr.* Neğiaſchus; *titulus regum Æthiopiæ, ipſis tribui ſolitus, qui idem eſt ac nobis titulus ſeu cæſaris ſeu regis. Wan.*

نجاش *niğiāś.* a. *n. f.* Lorum, corrigiæ ſimile, quod inter duo coria poſitum ſimul cum iis conſuitur. *Gol.*

نجاشة *neğiāśet.* a. *V. act.* Celerem & feſtinum eſſe. *Gol.*

نجاشي *neğiāśī.* a. *n. propr.* Titulus regum Æthiophiæ, *ipſis æque proprius, ac olim regibus Ægypti titulus Pharaonis. Herb.*

نجاع *neğiā*˟. *in compos. c.* شجاع *śeğiā*˟. شجاع نجاع *śeğia*˟ *neğiā*˟. a. *part.* Audax, ſtrenuus. *Gol.*

نجاغة *neğiāghæt.* a. *n. propr.* Nom. parvæ urbis in Æthiopia, ad fluvium ſitæ. *Geogr. Nub.*

نجاف *niğiāf.* a. 1) *V. act.* Penem hirci religare *aut* cohibere. 2) *n. f. ipſa* Pellis, coriumve, quod inter veretrum hirci & anteriorem ventrem religatur, ne coire poſſit. 3) Limen inferius portæ, idve, quod eo anterius. 4) *pl. a* نجف *neğif.* Loca altiora, ad quæ non pertingit aqua. *Wan.*

نجال *niğiāl.* a. *part. pl. ab* أنجل *engel.* Longi, lati, ampli. *Gol.*

نجّام *neğğiām.* a. *part.* Aſtronomus, aſtrologus, *pec.* qui tempora ex aſtris diſcernit & definit. *Aſtrologo. Gol.*

نجاوة *neğiāwet.* a. *n. f.* Latus, amplus tractus *terræ. Gol.*

نجايب *negājib.* a. *part. pl. a* نجيبة *neğībet.* 1) Præſtantes & nobiles *cameli. Wan.* 2) Præſtantiores & potiores *partes corani. Gol.*

نجاينكث *neğiājnKes.* a. *n. propr.* Nom. terræ tractus in Semerkenda in tranſoxana regione, *quem alii regioni* اسروشنة *usrūśne adnumerant. Gih.*

نجب *neğb.* a. 1) *V. act.* [F. 1. & 2.] Decorticare *arborem.* 2) *part.* Liberalis. *Wan.*

نجب *neğeb.* a. *n. f.* Cortex arboris, radicis *vel* caudicis, *aut* durioris partis. *Wan.* ¶ ذو نجب *zū neğeb.* Nom. vallis Arabum Meharibetarum, a prælio ibidem commiſſo celebris. *Gol.*

نجب *nūğüb.* a. *part. pl. a* نجيب *neğīb.* Præſtantes, nobiles *cameli. Wan.*

نجبا *nūğebā.* a. *part. pl. a* نجيب *neğīb. i. q. præc. Gol.*

نجبة *nūğebet.* a. *n. f.* 1) Generoſus, nobilis heros. 2) Flos, decuſque gentis. *Gol.*

نجبة *nūğibet.* a. *n. f.* Mulier, quæ egregias & generoſas parit proles. *Wan.*

نجبيّ *neğebij.* a. *part.* Corticibus arboris, *pec.* مغيلان *mughȳlān* dictæ, concinnatus *uter. Wan.*

نجث *neğs.* a. *V. act.* [F. 2.] 1) Opem rogare, adjutorem implorare. 2) Scrutari. 3) Mundare *puteum*, *ac* manu fodere *puteum. Gol.*

نجث *nūğs.* a. *n. f. pl.* أنجاث *enğiās.* Thorax, lorica. *Gol.*

نجث *nūğüs.* a. *n. f.* 1) *i. q. præc. Gol.* 2) Pellicula illa tenuis, quæ cor tegit. *Wan.*

نجح *nūğh.* a. 1) *V. act.* [F. 3.] Proſpere evenire *rem.* 2) Facile & expeditum eſſe *negotium.* 3) *n. f.* Felix ſucceſſus, voti conſecutio. *Gol.*

نجد *neğd.* a. 1) *V. act.* [F. 1.] Superare, vincere. 2) Probare experimento. 3) Cognoſcere, diſcernere. 4) *n. f. pl.* نجود *nūğiūd.* Terra eminentior. 5) Via aperta ac alta, ſurſumque vergens, *uti* pars altior Arabiæ, qua Babylonem verſus aſcenditur, *quemadmodum* depreſſior pars Arabiæ تهامة *tehāmet dicitur.* 6) Id, quo inſtruitur ornaturve domus, *ut lecti, ſtrata, cervicalia.* 7) Angor, mœror. 8) Exceſſus. 9) Species fruticis, poterio ſimilis. 10) Locus, arboribus carens. 11) *part.* Celer & expeditus, experienſque *in agenda re.* 12) Animoſus, ubi alii animum deſpondent. 13) Solers ac induſtrius *dux viæ. Wan.*

نجد *neged.* a. 1) *V. act.* [F. 4.] Sudare ex opere *vel* anxietate. 2) *n. f.* Mœror, angor. 3) Stupiditas. *Wan.* 4) Laſſitudo, *vel* difficultas linguæ, & blæſæ vitium. *Gol.*

نجد *negid.* a. *part.* Strenuus, fortis, animoſus. *Wan.*

نجد *neğiūd.* a. *n. f.* Regio Arabiæ ſuperior, elatiorque. *Gol.*

نجد *nūğiūd.* a. *part. pl. a* نجود *neğiūd.* 1) Longæ, eminentesque, & procero colo *aſinæ, camelites.* 2) *pl. a* نجيد *negīd.* Fortes, animoſi. *Gol.*

نجدا *nūğedā.* a. *part. pl. a* نجيد *negīd.* Fortes, animoſi. *Wan.*

نجدات *negedāt*, & *c. art.* النجدات *ennegedāt.* a. *n. propr.* Certi ſchiſmatici. *Gol.*

نجدة *negdet.* a. 1) *V. act.* [F. 5.] Animoſum eſſe. 2) *n. f. ipſa* Animoſitas. 3) Fortitudo, magnanimitas. 4) Pugna, prælium. 5) Afflictio, infortunium, calamitas. *Wan.*

نجدة *nūğdet.* a. 1) *part. pl. a* نجيد *negīd.* Strenui, fortes. 2) *n. f. pl. a* نجود *neğiūd.* Aſini ſilveſtres. *Wan.*

نكده *negde.* t. *n. propr.* Nom. arcis in Anatolia. *Gih.*

نجذ *negz.* a. *V. act.* 1) Vehementer mordere dentibus genuinis. 2) Rodere dente genuino, *ac* acerbe loqui. *Gol.*

نجر *negr.* a. 1) *V. act.* [F. 4.] Aſciare *lignum.* 2) Impoſito candente lapide calefacere *aquam.* 3) Vehementer propellere *camelos. Wan.* 4) Recenti lacti immiſcere farinam *aut* butyrum, & *ſic* parare نجيرة *negīret.* 5) *n. f.* Origo, natura. 6) Exiſtimatio, dignitas. 7) Color. 8) *hinc* Diverſitas, variatio. 9) Inconſtantia. 10) Intentum. 11) Calor. 12) Terra *ſeu* territorium Meccæ & Medinæ. *Gol.*

نجر *neğer.* a. 1) *V. act.* [F. 4.] Vehementi corripi ſiti *camelum, ovem, etiam hominem.* 2) *n. f. ipſa* Sitis ingens, *pec.* quæ æſtivo tempore camelis, ovibusque accidere ſolet, præſertim ex paſtu acriorum ſeminum ſylveſtrium, *ex quo morbum pecora contrahunt, & ſæpe mortem.* 3) Sitis magna, homini oboriens ex acidi lactis potu. *Wan.*

نجران *negrān.* a. 1) *part.* Sitiens. 2) *n. f.* Vectis, peſſulus *ſeu* lignum, in quo cardo *ſeu* pes, ſtilusve portæ convertitur. 3) *n. propr.* Oppidum Arabiæ felicis. *Wan.* 4) Nom. loci in Auranitide prope Damaſcum. 5) Locus alius inter Cufam & Waſith. *Gol.*

نجرة *negiret*, & نجرى *negrā.* a. *part.* Sitientes *cameli. Gol.*

نجز *negz.* a. 1) *V. act.* [F. 1.] Conficere *negotium, promiſſum.* ¶ هو على نجز حاجته *hūwe ꜥalā negzi hāgetihi.* Imminet negotio ſuo, *vel* prope abeſt a meta ejus & fine. *Wan.*

نجز *negez.* a. *V. act.* [F. 4.] 1) Conficere *negotium, promiſſum.* 2) Perfici *promiſſum.* 3) Ad finem pervenire, finiri *orationem.* 4) Perire *rem*, obſolere. 5) Præſentem ac promptum, *ſeu* in promptu eſſe. *Gol.*

نجس *negs.* a. *part. pl.* أنجاس *enğiās.* Impurus, immundus. *Gol.*

نجس *neges.* a. 1) *V. act.* [F. 4.] Impurum *ac* ſpurcum eſſe. 2) *n. f.* Impuritas, ſpurcities. *Wan.* 3) Merda, ſtercus. *Immondezza, ſporchezza, ſterco, merda. Tef.*

نجس *negis.* a. *part.* Impurus, immundus, ſpurcus. *Sozzo, lordo, ſporco. Wan.*

نجش *negś.* a. 1) *V. act.* [F. 1.] Excitare, agitare *feram, prædam pec.* venandi ergo. 2) Laudando *aut* licitando pretium augere rei *in emptione*, ut alios ejus cupidiores reddat. 3) Compellere, & congregare diſperſos *camelos.* 4) Celerem ac feſtinum eſſe. 5) *n. f.* Scrutatio, inveſtigatio rei. 6) Extractio. 7) Penetratio. *Gol.*

نجعة *nūğ-æt.* a. *n. f. pl.* نجع *nūğæ.* Pabulatio, quæ ſuo loco fit. *Gol.*

نجف *negf.* a. *V. act.* 1) Aſciare *ſagittam.* 2) Latum facere, dilatare. 3) Bene mulgere *ovem*

ovem lac prorsus emulgendo. 4) Radicitus excidere *arborem. Wan.*

نجف *negef.* a. n. f. 1) Locus altior, ad quem non pertingit aqua, *pec.* oblongior ac declivior, & *quidem* in medio vallis, alveive, *vel etiam* alibi in terra. *Wan.* 2) Terræ pars rotundior, supra reliquas extans, agger, collis, tumulus. 3) Cortices herbæ, صليان *syllijān* dictæ. *Wan.*

نجف *nüğüf.* a. part. pl. a نجيف *negīf.* Lata cuspide *sagittæ. Wan.*

نجفة *negefet.* a. n. f. Locus altior, ad quem non pertingit aqua, *pec.* oblongior ac declivior. *Wan.* ¶ نجفة الكثيب *negefetül-kesīb.* Congestus vento cumulus, tractusve arenarum, & superne in acutum constrictus. *Gol.*

نجفة *nüğfet.* a. n. f. Modica quantitas, parum. *Gol.*

نجك *nağik.* t. n. f. Malleus bellicus, securis manualis. *Accia, martello.*

نجك *negek.* p. n. f. Species mallei bellici. *Ferh.*

نجل *negl.* a. 1) V. act. [F. 2.] Jacere, projicere ac propellere *rem, uti silices pede suo camelum.* 2) Producere, gignere. 3) Manifestam facere, conspicuam præbere *rem.* 4) Confodere, findere, & *utrumque pec.* lato vulnere, *seu* patentiore fissura confodere *aliquem.* 5) Excoriare *animal* a suffraginibus incepta fissura. 6) Anteriore pede percutere *hominem*, ut provolvatur. 7) *hinc* Male facere. 8) Educere, eximere. 9) Herbis virere *terram.* 10) n. f. Genus, stirps, propago. 11) Natus, filius, fœtus. 12) *contr. ipse* Genitor. 13) Aqua e terra exiens, at restagnans, *etiam* aqua fluens. 14) Collectio & coacervatio multa. 15) Vehemens incessus. 16) Via recta & regia. 17) Cum tabula scriptoria deletur, nitidaque redditur. *Wan.*

نجل *negel.* a. 1) V. act. [F. 1] Amplis oculis, patentiore eorum rima præditum esse. 2) n. f. *ipsa* Latitudo fissuræ ocularis, *seu* apparens oculi amplitudo. *Gol.*

نجل *nüğl.* a. part. pl. ab انجل *engil.* Longi. Lati. Ampli.

نجلا *neglā.* a. part. fœm. ab انجل *engel.* 1) Longa. 2) Magnum vulnus infligens *confossio.* 3) Lata ac spatiosa *area. Gol.*

نجلة *neglet.* a. V. act. Anteriore pede percutere *hominem* ita, ut provolvatur. *Gol.*

نجم *negm.* a. n. f. pl. نجوم *nüğūm*, & انجم *engüm.* 1) Stella, astrum, sidus. 2) Tempus præfinitum, indicta hora. 3) Astrum natalitium, *sub quo quis nascitur.* 4) *hinc* Sors. 5) Certa & vera origo, *ac* præfinita rei cujusque ratio. 6) Planta, carens omni caule, *uti* gramen. 7) *pec. c. art.* النجم *en-negm.* Pleiades, *etiam* stella polaris. *Wan.* ¶ سورة النجم *süretün-negm.* Inscriptio suræ corani quinquagesimæ tertiæ, *stella* dictæ. *Marrac.* ليس لهذا الحديث نجم *lejse lihazel-hædīsi negm.* Nullum est huic dicto fundamentum, nihil in eo certi est. نجم السيار *negmüs-sejjār* & نجم سائر *negmi sāir.* Stella errans. *Stella errante.* نجم ازهر *negmi ezher.* Præclarissimum sidus. *Vaghissima stella. Ah.* قلعة النجم *kalæ-ætün-negm.* Nom. arcis in Syria præminentis lateri Eoo Euphratis super monte, *cui* جسر منبج *gesri membeğ, i. e.* pons Mambeğii *adjacet, quæ arx etiam* حصن منبج *husnī membeğ dicitur. Schult.*

نجم *negm.* p. n. f. Linteamen, quo pecunia in nuptiis *aut* festivitate publica sparsa excipitur. *Ferh.*

نجمة *negmet*, & *negemet.* a. n. f. 1) Nom. plantæ. 2) Gramen. ¶ ذو نجمة *zū negmet.* Asinus. *Gol.*

نجنجة *negneget.* a. V. quadril. 1) Commovere, concutere *hominem.* 2) Reducere *aut* repellere *camelos* ad aquatorium lacum. 3) Dense convenire in prato, & post ad aquas proficisci *homines.* 4) Inconsulto *aut* desultorie cogitare, solicitumve esse *de re aliqua. Wan.* 5) Iterato efferre ac reciprocare literam ر *re. Gol.*

نجند *negend.* p. adj. Formidabilis, terribilis, tremendus. *Ferh.*

نجو *negw.* a. 1) V. act. [F. 1.] Evadere. 2) Exire, emitti e corpore *urinam, merdam, ventum*, & excernere *illa*, atque ita pollui hominem. 3) Excoriando separare a corpore *pellem cameli.* 4) Amputare *arborem*, ejusve *ramos.* 5) n. f. Excrementum ventris, quo quis polluitur, stercus. 6) Ventus, e podice exiens. 7) pl. نجاء *nigiāe.* Nubes, aquam suam effundens. 8) Arcanum, quod inter duos est. *Wan.*

نجو *negüüü.* a. part. Malignus oculo, *aut* eo aliquem petens. *Wān.*

نجوا *nüğewā.* a. n. f. Pandiculatio. *Gol.*

نجوان *negwān.* p. n. f. Crocus. *Zafrano. Ferh.*

نجوة

نجوة *negwet.* a. n. f. Locus altior *terræ. Gol.*

نجوج *negüğ.* a. part. Celer, incitatus. *Gol.*

نجوخ *negūch.* a. part. Undis streperum, & sonorum *mare. Gol.*

نجود *negūd.* a. 1) *part.* Longa, eminensque, & procero collo *asina, camelitis.* 2) Velox, celeriterque pergens, & alias antevertens *camelitis.* 3) Lactis abundans *camelitis.* 4) Altiore loco genu flectens *camelitis*, ac alias imitans lacte copiose reddendo. 5) Non concipiens *vel* non prægnans *asina silvestris.* 6) n. f. Mulier intelligens, ac forma præstans. *Gol.*

نجود *nüğūd.* a. 1) V. act. [F. 1.] Manifestam & claram esse *rem.* 2) n. f. pl. a نجد *negd.* Altiores regiones, & tales viæ. 3) Supellectilia domus, *pec.* stratæ vestes, lecti, cervicalia. *Gol.*

نجوع *negiū*. a. 1) *part.* Salubris, bene proficiens *aqua.* 2) n. f. Aqua, farinæ quid mixtum habens, quæ præbetur camelis. ¶ نجوع الصبي *negiū-üs-sæbī. q.* Potus & alimentum infantis, *est* lac. *Gol.*

نجوع *nüğiū*. a. V. act. [F. 1 & 2.] 1) Bene proficere ac cedere edenti *cibum.* 2) Convenire, conducere *equo pabulum, homini medicamentum.* 3) Efficaciam *seu* effectum habere *orationem, exhortationem.* 4) Bene habere ac valere *ex aliqua re.* 5) Potandam præbere *camelo* aquam, farina mistam. 6) Pabulum, & aquam quærere. 7) Accedere *alium* beneficii ergo. *Gol.*

نجوم *nüğium.* a. 1) V. act. [F. 1.] Apparere, oriri *stellas.* 2) *usit.* n. f. pl. a نجم *negm.* Stellæ, sidera, astra. *Stelle.* ¶ علم نجوم *ylmi nüğium.* Astrologia. اهل نجوم *ehli nüğium.* Astrologus. *Astrologo, astronomo.* نجوم الاخذ *nüğiūmül-æchzi.* Mansiones lunæ, *aliter* منازل *menāzil dictæ, quales viginti octo sunt. Gol.*

نجومي *nüğiūmij.* a. part. Ad stellas *aut* sidera pertinens. ¶ انظار متناسبه نجوميه اجتماعي هنكامنده *enzāri mütenāsibei nüğiūmije egtimā-ÿ hengāminde.* Tempore conjunctionis aspectuum favorabilium astrorum. *Mentre si erano trouati radunati gl' aspetti fauoreuoli delle stelle, ò planeti. Sæ.*

نجون *niciün.* t. adverb. Quare. Perche.

نجوى *negwā, seu negwen.* a. 1) V. act. [F. 3.] Communicare *alteri arcanum quid.* 2) Excoriando separare a corpore *pellem cameli.* 3) n. f. Res occulta, arcanum, clandestinum colloquium, negotiumve. 4) *part. sing.* & *pl.* Arcana loquens & loquentes. *Gol.*

نجه *negh.* a. V. act. [F. 3.] 1) Repellere, *etiam* increpando abigere *pec.* turpiter & contumeliose, re invisa aliquem excipere. 2) Imminere, oboriri, *vel* præesse *aliis.* 3) Invisam sibi & minus convenientem intrare regionem. *Gol.*

نجه *inğe*, & *nğe.* t. *Syllaba, quæ imperativo turcicorum verborum adjecta format tum latinorum gerundium in* do, *tum etiam exprimit latinorum particulam* donec, juxta *sic a* سو *sew.* Ama, *fit* سونجه *sewinğe.* Amando, *aut* donec amem, es, &c. *cujus loco etiam dici solet* سونجز *sewinğez.* Donec amem. &c. *V. Gramm.*

نجه *niğe.* t. adverb. Quomodo.

نجه *niće.* t. partic. Complures. *V.* نيجه

نجى *ingi.* t. *Syllaba, qua ad numeros cardinales adjecta formatur a turcis numerus ordinalis, sic ac* بر *bir unus, fit* برنجى *biringi.* Primus. &c. *V. Gram.*

نجى *negī.* a. part. Maligno oculo petens. *Wan.*

نجى *negij.* a. 1) V. act. Dicere *aut* communicare *alteri* arcanum quid. 2) *part. pl.* نجاء *nigiāe.* Consors arcani, socius, quem secreti participem facimus. *Confidente. Gol.*

نجيب *negīb.* a. part. pl. نجب *nüğüb*, نجبا *nügebā*, & انجاب *engiāb.* 1) Generosus, egregius, laudatus, honorabilis, heros. 2) Præstans & nobilis *camelus, aut camelitis. Generoso, nobile, lodeuole, grande, eroe. Wan.* ¶ ولد نجيب و فرزند حسيبلري *weledī negīb we ferzendī hæsībleri.* Filius ejus laudatissimus ac generosissimus, maxime æstimandus. *Il suo amabilissimo, e virtuosissimo figliuolo. Sæ.*

نجيبة *negībet.* a. part. pl. نجايب *negiājib.* Præstantior *camelitis. Gol.*

نجيث *negīs.* a. 1) n. f. Arcanum, quod clam habetur. 2) Scopus sagittariorum, *scil.* congesta terra. 3) Species oleris. 4) *part.* Tardus, lentus, *Gol.*

نجيثة *negīset.* a. n. f. 1) Terra, e puteo egesta. 2) Detecta & vulgata pars *rei, nuntiive, pec.* turpior. *Wan.*

نجيج *negīğ.* a. V. act. 1) Manare sanguine, sanie, illa emittere *ulcus. Wan.* 2) Properare. *Gol.*

نجيح

نجيح negȳh. a. part. Felix ac ſanum *conſilium*, proba ac recta *ſententia*. *Gol.*

نجيخة negȳchæt. a. n. ſ. Butyrum, adhærens lateri vaſis, in quo conficitur. *Gol.*

نجيد negīd. a. part. 1) Fortis, animoſus. 2) Mœſtus, ſe animi angens. ¶ ألنّجيد *en-negīd.* Leo. *Gol.*

نجير negīr. p. n. ſ. Amyli *ſeu* glutinis ſpecies, qua bibliopegi, textores, & ſutores utuntur. *Ferh.*

نجيرة negīret. a. n. ſ. 1) Lapis candens, quo impoſito calefit aqua. 2) Lacti commiſtum butyrum, *vel etiam* talis farina. 3) Projectura lignea ante domum, nulla arundine, aliave re conſtans. 4) Planta curta, ac brevis. *Gol.*

نجيرم negīrem. p. n. propr. Nom. civitatis in Farſia; *regione Perſiæ. Herb.*

نجيس negīs. a. n. ſ. Morbus incurabilis. *Wan.*

نجيع negī'. a. 1) part. Conveniens, ſaluber, bene proficiens. 2) n. ſ. Miſcella, ſive offa, farina & aqua conſtans, quæ in os ingeritur camelis. *Wan.* 3) Subnigricans ſanguis, & *quidem proprie* interioris corporis. *Gol.*

نجيف negīf. a. part. Lata cuſpide *ſagitta*. *Wan.*

نجيل negīl. a. n. ſ. Planta ex حمض hæmz genere, أَلْحَرم *elherm* dicta, *aut* fracta ejusdem plantæ folia. *Wan.*

نحاب næhāb. a. 1) *V. act.* [F. 4.] Tuſſi corripi *camelitem*. 2) *n. ſ.* Tuſſis cameli. *Gol.*

نحاب nuhāb. a. *V. act. i. q. præc. Wan.*

نحات næhāt. a. n. ſ. Natura. *Gol.*

نحاة næhāt. a. n. ſ. Latus, tractus. ¶ اهل آلنّحاة *ehlün-næhāt.* Longinqui, alieni homines, haud propinqui nobis. *Wan.*

نحاة nuhāt. a. 1) n. ſ. Magnus arcus. 2) Magno tubere camelitis. 3) *part. pl. a* ناحي *nāhȳ.* Contendentes aliquo, inclinantes. *Gol.*

نحاريّة næhārījet. a. n. propr. Naharitæ; *ſectarii apud mohammedanos. Marrac.*

نحاز næhāz. a. n. ſ. 1) Oblongior terræ tractus. 2) Radix & origo rei. *Gol.*

نحاز nuhāz. a. n. ſ. Morbus quidam camelorum pulmonalis, vehementem pariens tuſſim. *Wan.*

نحاس næhās. a. n. ſ. 1) Æs. *Rame.* 2) Æs fuſile, & ſcintillæ, micæve, de cupro *vel* ferro decidentes inter cudendum. *Wan.*

نحاس nyhās. a. n. ſ. 1) Æs. 2) Natura, origo. ¶ كريم آلنّحاس *kerimün-nyhās.* Liberalis ac generoſus indole. *Gol.*

نحاس nyhās. p. n. ſ. Particulæ corii, quæ inter ſoleas calceorum integras, *aut* inter eas & ſuperius corium interponuntur, *ne penetret aqua. Gol.*

نحاس nuhāz. a. n. ſ. 1) Æs. 2) Fumus, flammæ expers. 3) Origo, natura. *Wan.*

نحاسي nuhāsī. a. part. Æreus, æneus. ¶ معادن نحاسي *me-ādinī nuhāsī*, & *usit.* معادن نحاس *me-ādinī nuhās.* Æris fodinæ. *Minere di rame. Sæ.*

نحاشة nyhāśet. a. n. ſ. Panis aduſtus. *Gol.*

نحّاط næhhāt. a. part. Superbus, elatus. *Gol.*

نحاط nuhāt. a. n. ſ. Reciprocatio fletus in gutture. *Gol.*

نحاف nyhāf. a. part. pl. a نحيف *næhȳf.* Macilenti, graciles. *Wan.*

نحافة nuhāfet. a. 1) *V. act.* [F. 3.] Macrum eſſe. 2) *n. ſ.* Macies, gracilitas. *Magrezza. Gol.*

نحّام næhhām. a. 1) *part.* Multum reſpirans, *ſeu* cum vehementia & in pectore ſpiritum ducens. 2) *n. ſ.* Nom. avis rubro colore, anſeri ſimilis. 3) *pec. c. artic.* Nom. equi. *Wan.* 4) Leo. *Gol.*

نحام nuhām. a. n. ſ. Nom. avis rubræ, quæ forma anſerem refert. *Gol.*

نحانحة næhānyhæt. a. part. Avari, tenaces. *Gol.*

نحائز næhāiz. a. n. ſ. pl. a نحيزة *næhȳzet.* Naturæ. *Wan.*

نحب næhb. a. 1) *V. act.* [F. 1.] Vovere, votum facere, devovere, conſecrare. 2) Incedere, iter facere & *quidem* accelerando. 3) Diligentem ac ſedulum eſſe *aliqua in re.* 4) Vehementer plorare, ejulare alta voce. 5) Certare depoſito pignore, ſponſione facta. 6) *n. ſ.* Mors. 7) Tempus. 8) Vehementia. 9) Obeſitas. 10) Beneficentia. 11) Probatio, *aut* demonſtratio evidens. ¶ هو على نحب *hüwe ælā næhbin.* Diligenter progreditur, iterve facit. قضي نحبه *kæzā næhbehu.* Mortuus eſt. *Gol.*

نحباة næhbāt. a. n. ſ. Ejulatus, næniæ, leſſus. *Pianti, leſſi, canti funerali. Wan.*

نحبة nuhbet. a. n. ſ. Sors, quæ jacitur. *Gol.*

نحت næht. a. 1) *V. act.* [F. 2] Dolare, radendo aptare. 2) Excidere, extenuare *camelos iter.* 3) Luctando proſternere *hominem.* 4) Subigere *puellam.* 5) *n. ſ.* Acre & merum frigus. *Gol.*

نحّة nuhhæt. a. *V. act.* Gravi, craſſave voce eſſe. *Gol.*

نحح næhæh. a. *V. act. i. q. præc. Gol.*

نحر næhr. a. 1) *V. act.* [F. 3.] Contingere *aut* lædere jugulum. 2) Jugulo prehendere. 3) Incurrere in jugulum, jugulare *pecus.* 4) In gutture confodere *camelum.* 5) Ex adverſo reſpicere *uti domus domum.* 6) Inter precandum erectum conſiſtere protenſo pectore, *aut* kyblæ oppoſito, *vel* manu dextra impoſita ſiniſtræ. 7) *n. ſ. pl.* نحور *nuhūr.* Jugulum, pars corporis inter ſupremam ſterni, & gutturis infimam partem. 8) Principium *diei vel* menſis, *ſeu* neomeniæ. ¶ يوم آلنّحر *jewmün-næhrī.* Dies jugulationis, ſacrificiive; eſtque dies decimus menſis ذي آلحجّة *zil-hyǧǧet. Gol.*

نحر nyhr. a. part. Solers, induſtrius. *Wan.*

نحرة næhret. a. n. ſ. 1) Primus dies a neomenia. 2) Poſtremus dies decreſcentis menſis, *aut* extrema nox ejus. ¶ صحرة نحرة *zæhreten næhreten.* Coram, ob oculos. *Gol.*

نحرير nyhrīr. a. part. Induſtrius, intelligens, ſolers, expertus. *Gol.*

نحز næhz. a. *V. act.* [F. 3.] 1) Pellere, percutere. 2) Contundere piſtillo, pugno percutere in pectore. *Wan.*

نحز næhyz. a. part. Ex morbo, نحاز *nühāz* dicto, laborans *camelus. Gol.*

نحس næhs. a. n. ſ. 1) Infelicitas rei. 2) Infauſta ac nefaſta res. 3) Ventus frigidus, ab occaſu ſpirans. 4) Pulvis, per altiores aeris partes diſperſus. 5) *usit.* Siniſter ſiderum aſpectus, mala ſors. *Siniſtro aſpetto delle ſtelle, cattiuo preſagio, ò augurio, mala ſorte, diſgrazia. Wan,* ¶ نحس آلاكبر *næhsül-ekber. apud aſtrologos* Saturnus, *planeta, quem infauſtum cenſent.* نحس آلاصغر *næhsül-æsghær.* Mars, *planeta, quem minus infauſtum putant. Poc. ſpec. H. A.* كوردي كه بر رمّال اوترمش هر كسه رمل ايدوب نحس و سعددن خبر ويرر *gördi ki bir remmāl oturmyś her keſe reml idüp næhsü ſæ'dten chæber wirür.* Vidit vaticinatorem, qui ſedens unicuique vaticinabatur ex fauſto & infauſto ſiderum aſpectu, influxuve quid prædicendo. *Vidde ch'un indouino ſedeua ad ogni uno la ſua buona, e mala ventura. Eb.*

نحس næhæs. a. 1) *part.* Infelix, infortunatus. 2) *n. ſ.* Vallis. 3) Torrens. *Gol.*

نحس næhys. a. part. Infauſta, ac nefaſta *res. Wan.*

نحص næhs. a. n. ſ. Aſina ſilveſtris annicula. *Gol.*

نحص nuhs. a. n. ſ. Radix & pes montis. ¶ أصحاب آلنّحص *æshābün-nuhs.* Cæſi in Ohod & alii; *eſt autem* احد *ohod nomen montis prope Medinam. Wan.*

نحض næhz. a. 1) *V. act.* [F. 3.] Carne nudare *os, aut* detrahere, *quod de carne inhærebat oſſi. Wan.* 2) Inſtare ac urgere & obtundere rogando. 3) Attenuare, ſubtilem & acutam reddere *cuſpidem.* 4) *n. ſ. pl.* نحاض *nyhāz.* Caro, *pec.* compacta & pulpoſa, *qualis eſt femoris. Gol.*

نحضة næhzæt. a. n. ſ. *i. q. præc. Wan.*

نحط næht. a. n. ſ. 1) Reciprocatio fletus in gutture occulta, & non apparens. 2) Vox equi, gravati onere, *vel* laſſati. 3) Anhelatio fullonis, lotoriſve, pannos in petram illidentis. 4) Increpatio & repulſio petentis. *Gol.*

نحطة næhtæt. a. n. ſ. Morbus quidam, in pectore accidere ſolitus camelis, & equis. *Gol.*

نحفا nuhæfā. a. part. pl. a نحيف *næhȳf.* Macilenti, graciles. *Gol.*

نحل næhl. a. 1) *V. act.* Attribuere *alicui* & *quidem falso dictum, carmenve alterius.* 2) *n. coll. comm. gen.* Apes. *Wan.* ¶ سورة آلنّحل *sūretün-næhl.* Inſcriptio ſuræ decimæ ſextæ in corano, *apes* dictæ.

نحل nuhl. a. *V. act.* 1) Largiri *donum*, afficere *eo.* 2) Concedere *mulieri ſponſalitium donum*, & *quidem* prono animo ac ſponte ſua, non compellatum. *Gol.*

نحلة næhlet. a. nom. unit. a نحل *næhl.* Apis una. *Vn' ape. Wan.*

نحلة nyhlet. a. n. ſ. 1) Deſignatio ſponſalitii doni. 2) Lis. ¶ نحلة *nyhleten.* Prono animo & ſponte ſua. *Gol.*

نحلي næhlā. a. part. pl. a ناحل *nāhyl*, *ſeu a* نحيل *næhȳl.* Macri cameli. *Wan.*

نحلي nuhlā. a. n. ſ. Donum *etiam* ſponſalitium. *Wan.*

نحم næhm. a. *V. act.* [F. 3.] 1) Cum vehementia & in pectore ſpiritum ducere. 2) Gemere. 3) Rugire ſuo more *pardum. Gol.*

نحم *næhæm.* a. *V. act.* Commodum esse *diversorium. Gol.*

نحمّ *nyhæmm.* a. *part.* Vehementer in pectore spiritum ducens *aut* gemens. *Gol.*

نحن *næhnü.* a. *pronom. pers. pl. ab* انا *enā. com. gen.* Nos. *Noi.* ¶ نحن نفسنا *næhnü nefsünā.* Nosmetipsi. *Noi medesimi. V. Gram.*

نحنحة *næhnæhæt.* a. *V. quadril.* 1) Reciprocare sonum, *pec.* tussiendo vocem oh oh emittere. 2) Repellere turpi modo. 3) Murmurare *ventrem. Wan.*

نحو *næhw.* a. 1) *V. act.* [F. 1.] Tendere, contendere versus *aliquem*, petere *eum.* 2) *n. ʃ. pl.* نحوّ *nuhuww.* Tractus, via, semita. 3) *pec. c. art.* النحو *en-næhw.* Grammatica, *vel pec.* etymologia; *ab inflexione & declinatione vocum.* 4) *usit.* Syntaxis. 5) Locutio literalis & *q.* syntactica *seu* juxta regulas grammaticæ, *licet dicatur potius ut part.* نحوي *næhwī. Sintasse, grammatica, ed il parlar letterale secondo le regole della grammatica. Wan.* ¶ نحو *næhwe.* Ut, sicut, quasi, circa, circiter, & ad, *eum* versus. *Come, sicome, quasi, incirca, verso.* نحو قولك *næhwe kæwlike.* Ut cum dicis. كنحو *kenæhwe*, *vel kenæhwi.* Juxta, secundum. *Gol.*

نحوا *nuhwā.* a. *n. ʃ.* Tremor, & pandiculatio. *Gol.*

نحود *nohud.* t. *n. ʃ.* Cicer. *Cece, ceci.*

نحوسة *nuhūset.* a. 1) *V. act.* Infaustum, nefastum esse *diem.* 2) *n. ʃ.* Infaustitas, malum omen, aut præsagium, mala sors. 3) Malum. *Malanno, disgrazia, cattiuo influsso, mala sorte, infortunio. Wan.* ¶ داروي نحوست *dārūi nuhūset.* Scorbuticum medicamentum. *Medicamento scorbutico.*

نحوص *næhūs.* a. *n. ʃ.* 1) Asina annicula. 2) Asina, fœtu & lacte carens. 3) Camelitis valde obesa, *aut* eo statu impedita, ne concipere possit. *Wan.*

نحوص *nuhūs.* a. *V. act.* [F. 3.] 1) Valde obesam esse *camelitem.* 2) Dare *aut* persolvere *alteri, quod quis debet. Gol.*

نحوض *nuhūz.* a. 1) *V. act.* [F. 1 & 3.] Diminui & extenuari *carnem alicujus.* 2) *n. ʃ. pl. a* نحض *næhz.* Radices & pedes montis. *Gol.*

نحول *nuhūl.* a. *V. act.* [F. 1.] Macie confici, & extenuari *corpus. Gol.*

نحوي *næhwā.* a. *part. pl. a* ناحي *nāhȳ.* Contendentes aliquo, inclinantes. *Gol.*

نحويّ *næhwīj.* a. *part.* Grammaticalis. *Wan.*

نحي *næhā*, *næhj*, & *nyhj.* a. *n. ʃ. pl.* نحيّ *nuhȳj*, & انحا *enhā.* 1) Uter *pec.* butyraceus, vas figulinum, cui lac inditur, ut agitando eliciatur butyrum. 2) Species recentium *seu* humidorum & mollium dactylorum. 3) Lata cuspide sagitta. *Gol.*

نحيّ *næhȳj.* a. *part.* In latera declinantes *cameli. Gol.*

نحيب *næhȳb.* a. 1) *V. act.* [F. 1.] Vehementer plorare, ejulare. 2) *n. ʃ.* Ejulatus, qui alta voce fit. *Gol.*

نحيت *næhȳt.* a. 1) *n. ʃ.* Natura. 2) Pecten. 3) Solutio ac profluvium ventris. 4) *part.* Extremitates ungularum attritas habens *camelus.* 5) Extraneus & adventitius *homo*, qui se aliis immiscet. 6) Vilis, despectus. *Gol.*

نحية *næhjet.* a. *in compos. cum* القوارع *el-kæwāri*. نحية القوارع *næhjetül-kæwāri*. In quem vergunt infortunia. *Gol.*

نحيتة *næhȳtet.* a. *n. ʃ.* 1) Natura. 2) Solutio, ac profluvium ventris. *Gol.*

نحيح *næhȳh.* a. *V. act.* Murmurare *ventrem. Wan.*

نحيزة *næhȳzet.* a. *n. ʃ. pl.* نحائز *næhājiz.* 1) Natura. 2) Via *ac* modus. 3) Res texta cinguli forma, quæ infimæ parti tentorii assuitur. 4) Oblongior *terræ* tractus, in milliaris unius *aut* majorem latitudinem exporrectus. *Gol.*

نحيس *næhȳs.* a. *part.* Penuria annonæ infelix & calamitosus *annus. Gol.*

نحيص *næhȳs.* a. *n. ʃ.* Camelitis valde obesa, & hinc concipere nequiens. *Gol.*

نحيض *næhȳz.* a. *part.* Multa & compacta carne præditus, *quale femur esse solet.* 2) *contr.* Extenuatus, defectusque carne. *Gol.*

نحيضة *næhȳzæt.* a. *part. fœm. præc. Gol.*

نحيط *næhȳt.* a. 1) *V. act.* [F. 2.] Spiritum in pectus demittere. 2) *n. ʃ.* Reciprocatio fletus in gutture occulta, & non apparens. 3) Vox equi, gravati onere *vel* lassati. *Gol.*

نحيف *næhȳf.* a. *part. pl.* نحاف *nyhāf.* Macilentus, gracilis, excarnis natura. *Magro, scarmo, estenuato, debole. Wan.* ¶ نحيف ا *næhȳf e.* Macrum efficere, emaciare, extenuare. *Smagrire.*

نحيل *næhȳl.* a. *part.* Macer *camelus. Gol.*

نحيم *næhȳm.* a. *V. act.* 1) Cum vehementia

mentia, & in pectore spiritum ducere, gemere. 2) Rugire suo more *pardum. Wan.*

خ

نخ *næch.* p. *n. ʃ.* 1) Tapetis genus, qui ab utraque parte elegans & villosus est. 2) Funis dissoluti lorum unum *seu* una pars, *ex quibus pluribus* plectitur tapes. 3) Linum, *aut* sericum, *pec.* tenue & subtile. 4) Series, ordo exercitus, *aut* rei alterius. 5) Nomen dæmonis *aut* genii in Mazenderan. 6) Vomer aratri. *Ferh.*

نخّ *næchch.* a. 1) *V. act.* Vehementer, duriterque incedere. 2) Eo modo *seu* violenter propellere. 3) Procumbere jubere *camelum* dicendo اخاخ *ychych.* 4) *n. ʃ.* Cameli, qui procumbere jubentur coram exactore, ut pro الصّدقة *es-sædækæt* dentur, *i. e.* pecudum portione, quæ ut sacra debetur Deo. 5) Stratum oblongum. *Gol.*

نخ *nuch.* p. *n. ʃ.* Insistere vestigiis alicujus, persequi *eum. Ferh.*

نخّ *nuchch.* a. *n. ʃ.* Medulla. *Gol.*

نخاريب *nuchārīb.* a. *n. ʃ. pl. a* نخروب *næchrūb.* Fissuræ in petra *aut* saxis. *Wan.*

نخاس *næchās.* p. *n. ʃ.* Lorum *aut* simile quid, quod inter duo coria positum simul cum iis a sutoribus consuitur. *Ferh.*

نخّاس *næchchās.* a. *part.* Qui mancipia vendit, *etiam* jumenta, *q.* propulsor. *Wan.*

نخاس *nychās.* a. *n. ʃ.* Asserculus perforatus, quo reparatur trochlea inserto per medium alio minoris foraminis ligno. *Gol.*

